


05

A

2228





Aurei & adamantini Tractatus,

quo

ELECTORES, PRIN-

cipes ac Status Protestantium, causas

exponunt declinati Concilij Tridentini,

quod Pius IV. instaurabat, à strophis quibus-
dam Bellarmini, Surij, Foreri,

Vindiciarum brevium

Antecessus,

de quo

D. O. M. A.

PRÆSIDE

PAULO ROBERO D. Prof.

Pastore ac Superint. Witeberg.

Pro Licentiâ gradum Doctoris in SS.

Theologiâ assumendi,

Respondet

M. JOHANNES SCHARFIUS,

in Academiâ Electorali Wittebergenſi Logices & Metaphysices
Professor Publicus:

*In Auditorio Theologorum d. 29. & 30. Jul. anni hujus 1635.
horis antemeridianis,*

WITTEBERGÆ,

Impensis CHRISTOPHORI VVUSTH I, Bibliopol.

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Anno 1635.



822 A 50

Professores gradus Doctoris in SS.

Theologiae

ordinis

M. JOHANNES SCHARRIUS

in Academia Electorali Wirtembergensi, regiae & Electoralis

Publicus Professor

in Notione Theologiae, & q. d. in Jul. anni 1617

habeat incrementum

Imprimi curavit

WITTEBERG

Imprensis CHRISTOPHORI VASTII Bibliopol.

Typis JOHANNIS KÖHNIGS





οὐν τῷ θεῷ πάντα
ἀγορεύουσιν.

I.



Erit etiamnum aures nostras, atq; intimè
percellit vox illa præconis angeli, ex Apoca-
lypticâ nuperâ concione: *Cecidit, Cecidit
Babylon illa magna, quæ à vino ira fornicatio-
nis suæ potavit omnes gentes.* Apoc. 14. v. 8.

quod ex Prophetis Johannes, ut solet, mutuatus,
Eisaj. 21. 9. Jerem. 51. v. 8. ad nostræ Ecclesiæ
statum accommodat: Succinit autem angelo alius cœlestis mo-
nitor: *Exite de illâ populus meus, ut ne participes sitis delictorum ejus:
& de plagis ejus non accipiatis;* Apoc. 18. v. 2. quæ verba locis pa-
rallelis respondent Esai. 48. 20. Zach. 2. 7. Jer. 50. 8. cap. 51. 6.

2. In Romam vero d'gitos intendi ab Angelis non *Lutherus*
docuit primum, v. *librum de Captivitate Babylonica Tom. 2. Witteb.
Tom. 2. Jenensi*, Sed alij ante illum complures numero & autori-
tate illustrissimi, salutis suæ studiosissimi, libertatis Christianæ
assertores præclari & constantissimi; qui non semel protestantur,
nulli re aliâ se adduci, quàm amore veritatis, ut cum periculo ho-
noris, fortunarum ac vitæ, palâm, quod animo conceperunt, pro-
fiteantur. Id quod fidei nostræ tesseram esse, quicquid etiam in-
commodi accidat, ex Davide constat. Psal. 116. v. 10. 2. Cor. 4. 13.

3. Sic autem de Babylone Romanâ ex auctoribus alijs pro-
cedunt, ut in concione percepimus, Serenissimi ac Illustrissimi
Principes Statusque Imperij, qui Concilio Tridentino, malè in-
choato, pejus continuato, & pessimè tandem instaurato, cum
liberi, noviq; Concilij spes facta esset illis, contradixerunt. 1. ex
Aventino: Flamines illi Babyloniæ soli regnare cupiunt, ferre
parem non possunt: non desistent, donec omnia pedibus suis pro-
culcârint, atque in templo DEI sedeant, extollanturque super
omne id, quod colitur. Fames opum, sitis honorum inexplebilis

A

est.

Statistis
che Aufs
führung
P. 486.

Ingolß.
anno 54.
impr: li. 7.
Annaliu

- , est. Quò plura avido concesseris, eò plura appetit. Porridge,
 , digitum, & manum concupiscet. Licentiã omnes sumus deterio-
 , res. Qui servus servorum est, Dominus Dominorum, perinde
 , ac si Deus foret, esse cupit. Sacros cætus atque consilia fratrum,
 , imò dominorum suorum aspernatur. Timet, ne eorum, quæ ad-
 , versus leges indies magis atque magis gerit, rationem reddere,
 , cogatur. Ingentia loquitur, quasi verò Deus sit. Nova con-
 , silia sub pectore volutat, ut proprium sibi constituat imperium.
 , Leges commutat, suas sancit, contaminat, diripit, spoliat, frau-
 , dat, occidit perditus homo ille, quem Antichristum vocare solent,
 , in cuius fronte blasphemix nomen scriptum est, DEUS SUM,
 , errare non possum, in templo DEI sedet, longè lateque domina-
 , tur: sed sicut est in arcano sanctarum literarum: Qui legit, in-
 , telligat. Docti intelligent, omnes impij impiè agent, neque intel-
 , ligent, 2. Imò ex Hieronymo ad Marcellam, ut commigret Bethlehem:
 p.362. , Fugite de medio Babylonis, & salvate unus quisque animam sua n.
 363. , Cecidit enim, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio
 375. , dæmonum, & custodia Spiritus immundi. Est quidem ibi sancta
 470. , Ecclesia, sunt trophæa Apostolorum & Martyrum, est Christi ve-
 471. , ra confessio, est ab Apostolo prædicata fides, & gentilitate calca-
 , ta, in sublime se quotidie erigens vocabulum Christianum, sed
 , ipsa ambitio, potentia, magnitudo urbis, videri, & videre &c.
- In Catalogo scripto-
 rum Eccle-
 siasticorum.*
3. Ex Erasmo in c. 17. Apocal. Romam enim esse Septi collem.
 4. Iterum ex Hieronymo in vitã Marci discipuli, quod Petrus sub
 Babylonis nomine Romam intellexerit.
 5. Ex Tertulliano: Sic & Babylon apud Joannem nostrum
 Romanæ urbis figuram portat, proinde & magnæ & regno su-
 perbæ, & sanctorum debellatricis.
- Tertul. in
 lib. advers.
 Judæos ut
 lib. 3.
 adversus
 Martio-
 nem,*
6. Ex Petrarca, qui ante 200. annos calamum in Papatum
 strinxerit, & Romam vocaverit impiam Babylonem &c.
 7. Ex testimonio totius Ecclesie Leodiensis Tom. 2. Conc. fol. 8
 Quibus Principum & Statuum auctoritatibus aliæ magno nu-
 mero, si opus foret, attexi possent; sicut & Principes ipsi ad scri-
 pta publica nos remittunt, id est, ad Catalogum testium veritatis,
 & alia id genus.
- Adi etiam Commentarios in Apocalypsin Theologi meritissi-
 mi Dn. D. Matthie Noen in c. 14. & 17. Apoc. ubi multæ in Babylo-
 nem diræ execrationes piorum. Con-

4. Constat equidem, quid respondeant vafri homines. Bellarm. lib. 3. de P. R. c. 13. & Gretserus in Mystâ Salmuriensi; Hieronymum, aliosque veteres non in Ecclesiam, sed in urbem dicta illa projicere, ut Petrus ob urbis vitia Romam isto ignominiae cognomento notarit. Sed ut demus à Petro Romam intelligi, cum Imperatores Ethnici sævirent in pios, & confusum Idolomaniarum chaos, Augiæq; stabulum tangi nollent; Certè Hieronymus alio vixit rerum statu, & omnino Babylonem Ecclesiasticam animus præfagiit, quod vel ex unico textu patet, qui in juris Canonici decreta relatus est; Si auctoritas quæritur, orbis major est urbe. Ubicunq; fuerit Episcopus, sive Romæ, sive Eugubij, sive Constantinopoli, sive Rhegij, sive Alexandria, sive Tanis, ejusdem meriti, ejusdem est & sacerdotij: Potentia divitiarum, vel paupertatis humilitas vel sublimiorem vel inferiorem Episcopum non facit. Cæterum omnes Apostolorum successores sunt.

ex Epist. 85. ad Evagrium. Dist. 93. c. 24.

5. Hæc Hieronymus, satis subolfaciens, ut puto, mysterium iniquitatis jam ferè in herbâ esse. Quare iterum non de flaminibus Ethnicis, sed sacerdotibus Romanis, Collegis suis, hæc usurpat verba: Cum in Babylone versarer, & purpuratæ meretricis essem colonus, & jure Quiritum viverem, volui garrere aliquid de Spiritu Sancto, & cæptum opusculum ejusdem urbis Pontifici dedicare. Et ecce olla illa, quæ in Hieremiâ post baculum cernitur, à facie Aquilonis cæpit ardere, & Phariseorum conclamavit Senatus & nullus scriba vel fictus, sed omnis quasi indicto sibi prælio detritinarum, adversus me imperitiæ factio conjuravit. Illico ego velut postliminio Hierosolymam sum reversus, & post Romulicam & ludorum lupercalia, diversorium Mariæ, & Salvatoris speluncam aspexi. Hæc Hieronymus: ubi aqua certè hæret Gretsero, nec invenit, quid solidi respondeat.

In præfatione in libros Didymi.

6. Nos sic argumentari contra Pontificios possumus. Illa Babylon, illa mulier purpurata à Johanne notatur, quæ in fronte inscriptum habet nomen, Mysterium, Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terræ. Apoc. 17. 5. Atqui 1. non urbs, prout scelestis moribus inquinata, 2. non urbs, prout idololatriâ Ethnicâ contaminata, nomen Mysterij inscriptum habet in fronte. Ergo non Urbs scelesta vel Ethnica &c.

pag. 106. Myst.

Ap. l. 1.
v. 1. 9. 1.

In myste-
ris Ini-
quit Mor-
nai.
p. 1177.

ad an.
Chr. 45.
Claudij 3.

Hæc enim non erant mysteria, sed publica dedecora & βδελύγματα: non aliud illi agebant, aliud specie præ se ferebant, sed palàm idolis se prostatuebant: Hoc Johanni non ignotum erat, non ostendendum, ut mirum, ut rarum, ut παράδοξον. Porro: Quod mysterium vivis etiam Apostolis opere ceptum est, illud non est Roma flagitiosa vel Idololatrica. Atqui Antichristi ac Babylo- nis mysterium (Babylonis & Bestiæ) vivis etiam Apostolis cepit. E.

Quid? quod alij, qui posterioribus seculis magis magisque se prodere viderunt: iniquitatis mysterium, nullâ usi circuitione, tam de membris, quàm de capite Romanæ Ecclesiæ, vaticinia A- pocalyptica exposuerunt? Clemangis tractatum integrum perle- ge, qui aliis est copiosior, inscriptum Gerardo Maketo Doctori Parisiensi, cujus titulus: *Non mentis tantum affectu à Babylone di- scedendum, sed etiam pedibus corporis.* Rectè igitur Electores ac Principes, statusq; Imperij Babylonis mysteria intellexerunt. Au- reo illi Protestantum invictoque libro, cum Bellarminus, Forerius, Surius, obelos fixerint, animus est per occasionem illos delere atq; expungere, hac vice miscellâ quaestionum de Babylone Apocaly- pticâ præmissâ, ac velut in antecessum datâ.

Fueritne unica Babylon, an plures hoc nomine venerint, veniantq;?

Non Baronius primum, sed longè ante illum eruditè ac in- tempore monuit *Lutherus* Comment. in 1. Pet. 5. duas fuisse ur- bes, quibus *Babylonis* nomen fuerit; alteram in *Chaldæa*, in *Ægypto* alteram. Et sanè illa *Chaldææ* cum caput mundi fuerit, & regia sedes amplius mille sexcentis annis, decantatissima est in sacris nostris & profanis auctoribus. *Nimrodus* enim seu *Belus*, pro- nepos *Noæ*, nepos *Chami*, filius *Chusi*, Gen. 10. 8. versus orien- tem cum suis profectus, *Babylonem* condiderat, anno mundi 1788. à diluvio 131. Quod autem *Semiramis*, uxor *Nini*, filij *Nimro- dis*, habetur conditrix *Babylonis* *Herodoto*, *Diodoro Siculo*, *Straboni*, *Mele*, *B. Hieronymo*, *Josepho*, *Justino* & aliis, ex eo fit, quod auctrix & instauratrix illa fuit, ut & templum magnificentissi- mum extruxit, *Diodoro* teste. l. 3. c. 4. in quo sepulchrum *Beli* quod ad

quod ad stadij altitudinem mirandâ mole construxerat, ut Strabo
habet, lib. 16. Urbem verò tam munitam, turrinque supra mo-
dum excellam, idè extruere volebat Nimrodus, causas colli-
gente Dressero nostro. 1. ut sibi nominis celebritatem pararet,
2. ut haberet præsidium firmum contra diluvium & vim hostium.
3. Ut novum imperium in terris constitueret. 4. Ut Idololatriam
suam augetet, & ad ejus amorem, administrationemque alios
incenderet. Debut enim turris ista Oraculum esse, ad quod ac-
currerent homines, tanquam ad sedem DEI peculiarem. Ex hoc
insano conatu nata est fabula de Gigantomachiâ. Peccata in
ædificatione turris Babylonicæ commissa, I. Est confidentia,
quia relicto DEO præsiidiis humanis se munire homines conati
sunt. II. Audacia constituendi novum imperium, despectâ &
repudiatâ auctoritate patriâ. III. Dominandi libido, & oppri-
mendi alios cupiditas. IV. Studiû confirmandi & cumulandi Ido-
lolatriam. Apparet hinc maturè sparsa esse in Babylone potentia,
arrogantiæ & Idololatriæ semina, quam fortè tyrannidem decli-
naturus Assur, Semi filius, Gen. 10. 22. relicta terrâ Sanaar in Assy-
riâ, Niniven condidit. Gen. 10. 11. quod alij Nino, qui de stirpe
Assur fuit, tribuunt, qui transtulit Monarchiam à familiâ Cham
ad Semi familiam, in quâ etiam mansit Assyriorum Monarchia,
(ut & Persiarum). Inviçtissima autem hæc potentia victa tan-
dem & prostrata fuit, *Cyro & Dario* Babylonem expugnantibus.
Xerxe verò illam exurente, diruente. Cujus etfi *Alexander M.*
instaurationem molitus sit, magna militum copiâ rudera remo-
vente, re tamen infectâ discessit, unde sunt, qui juvenem illum
Jer. 50. v. 44. expugnatorem *Babylonis*, nec *Cyrum* interpretan-
tur, qui non destruxit, nec *Alexandrum*, qui non expugnavit, sed
alium, qui à Septentrione cladem sit allaturus Babyloni Prophe-
ticæ. Multa de hac Babylone Hieronymus Tom. 5. fol. 25. seq.

Altera *Babylon*, quæ in *Egypto* non obscura adeò est, ut *Ba-*
ronius putat, & *Cornelius à Lapide*, *Lorinus* & alij. Nec solus *Strabo*
illius meminit, his verbis lib. 17. p. 517. edit. *Xylandr.* Ulte-
rius sursum naviganti est *Babylon*, castellum naturâ munitum, à
Babyloniis quibusdam conditum, qui huc succedentes, eo in loco
habitationem à Regibus impetrarunt. Nunc in ea collocata est

V. Joseph.

l. 1.

ἀρχαιολ.

cap. 5.

ad an. Chri

sti 45.

Clandij 3.

A 3

una ex.

una ex tribus legionibus, quæ Ægyptum custodiunt (vide sis Tabulam III. Africæ, ubi positam ad Nilum, hac enim Memphis, illac Babylon, quas dividit Nilus; sed hodiè uno nomine Alcayri veniunt. Munsterus in Appendice Geographicâ ad Ptolomæum p. 185. Cæterum Memphis, regia Ægypti, hodiè in duas dividitur partes, una vocatur Babylonia nova, altera Cayrus. A ea tribus dietis distat Damiatâ, quam aliqui Eliopolim olim fuisse putant: alij dicunt Eliopolim fuisse Thebas, quas centum portas Homerus habuisse scribit (Sunt qui dicunt Ægyptum olim habuisse decem & octo millia insignium oppidorum & civitatum). Non inquam *Strabo* solus mentionem facit Babylonis in Ægypto; Sed & *Ptolomæus* l. 4. Geograph. c. 5. qui eam ponit ad fines Arabiæ & Aphroditæ long. 62. 15. lat. 30. 0. ubi lustranda iterum tab. 111. Africæ, quod cum Strabonis dispositione convenit (*In Apiani Geograph.* est long. 61. 50. lat. 29. 50. quem sequitur *Büntingius*) Longè igitur vicinior est Judææ Babylon Ægyptiaca, adeoque ipsi Petro, quàm Babylon Chaldaica, quod ex hujus long. 79. 0. lat. 35. 0. (*Ptol.* l. 5. c. 20.) patet: Unde à Jerosolymis distantia Ægyptiacæ Babylonis est 61. tantummodo milliar. Chaldaicæ verò 170. Adde *Josephum* l. 1. ἀρχαιολ. c. 5. in *græc. exempl. c. 13. in ed. Ruffini.* Sed quid in Ægypto Petrus, inquires, cui *Evangelium circumcisionis* commissum? Gal. 2. 7. R. Ut taceam, quod *Nicephorus* alijque habent, conventionem quadam Apostolo Petro *Alexandriam*, adeoque Ægyptum, Evangelio instruendam obvénisse: id ad rem facit, quod Circumcisorum seu Judæorum magna in Ægypto copia fuerit. Nota est ex *Ptolomæo* lib. 4. Geog. c. 5. Heliopolites, Nomus & Metropolis Onij (aliter, *Elij Ramesses*, ubi Judæi ab accolis bovis patriam didicerunt, ubi Christus cum parentibus exul fuit) Itaque cum templum habuerint Judæi ab *Onia, filio* (pronepote) *Simonis*, summi sacerdotis Hierosolymitani, conditum, memorante *Josepho* lib. 7. de bello c. 30. atq; sic avitas sedes repetierint; non alienum fuit ab officio Petri, convenire hoc in loco Judæos ac convertere; quod factâ insigni istâ liberatione Act. 12. fieri potuit, Hierosolymam Apostolo tunc declinante. Vide lucubrationes *Franckentalenses Bonav. Cornelij Bertrami* c. 9. Et quod Petrus *Babylonem Chaldaicam* non attigerit, licet sic vi.

sic videatur nonnullis, ut Calvino, Piscatori &c. facile colligitur ex historiâ tum divinâ tum Ecclesiasticâ. Sanè trans Euphratem in Babylonem Chaldaicam excurrisset Petrum connexio itinerarij Act, 8. 9. 10. 11. 12. 15. Gal. 1. & 2. non permittit. Et cum Judæi sub mortem Caligulae (anno à Christi nativ. 42. aut 43.) vi & armis ex *Babyloniâ* ejecti (nedum *Babylone* ipsâ) & in *Seleuciam* coacti, unde quinto post anno Ctesiphontem migrandum fuit, quibus Judæis prædicasset Petrus? Conjectus is in carcerem ex calculo penè omnium, & inde liberatus ab anno Ch. 45. aut 46. & Marcus in *Aegypto Alexandriae* anno Christi 45. docuit: cur revocasset illum tam citò, sibi que in *Chaldæam Babylonem* accivisset socium? Fit itaq; verosimilius, quod *Aegyptiacas* oras accesserit docendi gratiâ Apostolus, in quam sententiam ex nostris planè concedit solers & industrius itinerum sacrorum pervestigator Buntingus, cujus non pudet ascribere verba Germanica: Daß aber Petrus nicht zu Babylon in Chaldæa/ sondern in dieser Stadt Babylon in Egypten seine erste Epistel geschrieben/ ist daraus zuermessen/ weil er am Ende derselben Epistel seines Evangelisten Marci gedencet/ der zu Alexandria in Egypten der erste Bischoff gewesen/ wie die Kirchenhistorien vermelden/ Daß aber etliche wollen/ Petrus habe die Stadt Rom geistlicher weise Babylon genennet/ Und also seine erste Epistel zu Rom geschrieben/. Das hat keinen Grund/ wil sich auch ganz und gar nicht reynnen/ weder mit der Warhafftigen Kirchenhistorien/ noch mit Heiliger Apostolischer Schrifft. Darumb bleiben wir billich bey dem einfaltigen Verstande/ Daß Petrus seine erste Epistel in der Stadt Babylon in Egypten geschrieben habe.

Lutherus libera hic relinquit suffragia: Existimare se scribit, haud tamen certò scire, Romam hic significari. Nam è Româ scripsisse hanc Epistolam creditur. Duæ alioqui *Babyloniæ* sunt, una in *Chaldæâ*, altera in *Aegypto*, quæ modò *ALCAIR* vocatur. Roma verò non dicitur *Babylonia*, nisi allegoricè. *BABEL* enim hebraicè, Latinè confusio dicitur. Itaque Petrus Romam fortè *Confusionem* vocat, quod illic omnium vitiorum ac spurcitia quædam confusio esset, eò quicquid probri in orbe erat, velut in sentinam confluente. Sed liberum equidem facio cuilibet, ut

Vid. Jos.
ἀρχαίλ
lib. 18. c.
ult.

1000
1001

bet, ut quod sibi videatur, de hac Babylone sentiat, perparum enim refert, quæ Babylon illa fuerit.

D. Luc. Osiander non abludivit ab hac sententiâ. Fuit autem urbs Babylon in Chaldæâ & Babylon in Ægypto, quam alio nomine Alcayrum appellant. Cæterum multi putant, Petrum per vocabulum Babylonis Romam designare. Etsi autem sacra scriptura nusquam mentionem ea de re facit, quod Petrus Romæ unquam fuerit: tamen si Pontificijs adeo placet, Petrum constituere primum Episcopum Romanum, libenter illis concedimus, Romam non modo tunc temporis fuisse, sed hodiè etiam esse ipsissimam Babylone: quippè in quâ horribilis Idololatria & stupenda scelera designantur.

Oecum.
p. 169.

Hæc Lutherus, hæc Osiander. Cæterum etsi Patres Romam certò designent (Oecumenius: βαβυλῶνα δὲ τὴν ρώμην διὰ τὸ περιφανὲς καλεῖ, ὃ καὶ ἡ βαβυλῶν πολλῶ χρόνῳ ἔσχκε) sic tamen instare possumus: 1. Ubi evidens & necessaria ratio non cogit à proprio vocis significato discedere, ibi ad tropum non est confugiendum. Hic. E.

2. Si Paulus neque sibi, neque alijs metuit, aut periculum ominatur ex eo, quod Romam proprio nomine appellat (v. in Græcis subscriptionem Epistolæ ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, posterioris ad Timotheum) causa dari non potest, cur Petrus, eodem ductus spiritu, nomen Romæ suppresserit. At verum prius. E. & posterius.

3. Si Romanæ Ecclesiæ satis prospectum per Apostoli Pauli & sociorum ministeria, consentaneum non est, Petrum desertis alijs Ecclesijs huc convolasse.

4. Si Petrus Romæ fuisset illo, quo putant tempore, utique Paulus non quereretur sibi in primâ defensione neminem affuisse, sed omnes dereliquisse illum 2. Tim. 4. 16.

5. Si sessio Petri in Cathedrâ Romanâ, & officio Apostolico, & humilitati Petrinæ & historiæ sacre non convenit, non est vera. &c. Vide Hunnium nostrum in loco de Ecclesiâ. Sufficit igitur, quod Patres Romam nos deducant sub Babylonis topographiâ; quo sensu, Apocalypsis & eventus docuit.

Quæ

Quenam sit Babylon Mystica in Apocalypsi? an ipsa
Chaldaica Babylon? an Hierosolyma? an universa impiorum
multitudo? an Constantinopolis? Babylon
Chaldaea

Sunt, qui Babylonem Apocalyptiam habeant pro ipsa Ba-
bylone Chaldaea, eo ducti argumento, quod typus Antichristi
Nimrod, primus tyrannus orbis, deinde Nabuchodonosor, ac
postea Antiochus ille ἐπιφανής, ἐπιμανής verius, suas ibi regi-
as habuerint collocatas. Quò referunt illud Zachariae cap. 5.
v. 11. de muliere insidente amphoræ, ac portatâ in Sennar, id
est, Babylonem, addito epiphonemate: *Hæc est impietas* (Ita
Tribonianus Cassius à Seesteruort D. in Pseudojubilæo Witte-
bergenfi p. 305. *Antichristi regiam vel Babylone primum futuram
ex Zach. 5. v. 9. nonnulli colligunt: vel postea Hierosolymis alij ex
Ap. 11. 5. 2. Theff. 2. evincunt.*)) Sed 1. ut taceam, quâ Scripturâ
duce Nimrod constituatur Antichristi typus, vel quâm latè pa-
teat Nebucadnezaris cum eodem comparatio, in captivitate
nimirum populi, quam jussu tamen DEI, 2. Reg. 25. 24. Jer. 38. 2.
3. c. 40. 2. subibant; in imagine ad cultum prostitutâ, & simili-
bus, Dan. 3. 1; Sanè conversionis beneficium Dan. 4. v. 34. eum
ab Antichristi figurâ per diametrum removet: illud in primis lu-
bricum & elumbe, quod typi & antitypi eadem debeat esse pa-
tria. Quot enim exemplis contrarijs id potest infringi? 2. Scri-
ptura Antiochi & Antichristi ἀναλογία non in loci convenientiâ,
vel eodem throno Monarchico, sed in alijs partibus ponit; in no-
vis cultibus, in superbiâ, tyrannide, tandem in inclinatione po-
tentia, ac subsequente excidio. 3. Babylonis Chaldaicæ πανο-
λεθρία tantis Prophetarum execrationibus dictata, Es. 13. 1. 19. c.
14. 4. 22. c. 21. 4. 9. c. 48. 14. Jer. 50. & 51. & c. non fert, ut novum
ibi regnum constituatur. 4. Loci Zachariae variæ sunt exposi-
tiones, vel quod idolatria Judæorum in Babylonem cum ipsis
commigraverit ibiq; sedem fixerit & permanserit, illis veri cultus
studio iterum egressis: vel quod omnis hæretica doctrina in Ba-
bylonicam tandem confusionem desinat, & in habitatione Dæmo-
num quiescat; vel specialius, quod Judæorum traditiones & ἐθέ-
λοθη-

λοβησενεϊας dispergenda tandem sint, Judaeique per orbem hinc inde disjiciendi, ut olim in linguarum confusione factum, quam dispersionem Christus praedixerat Luc. 21. vers. 24. Vide *Lynam*, qui de duabus tribubus in Babylonem abductis, & nunquam reversis; id enim esse domum aedificari, stabiliri, & poni super basin suam v. 11. *Gregorius Magnus* vero lib. 14. moral. c. 16. moraliter exponit, de duobus vitijs principalibus, superbia & inani gloria, cum impietate conjuncta, habitantibus in confusione. De Antichristo hic nihil.

Tom. 5.
fol. 282.

5. Etsi ergo Antichristum Babylone venturum censet *Hieronymus*, quem sequitur *D. Soto, Pererius, Suarez, & alij*: tamen clarior est Ἱεροπολις urbis Johannitica, quam ut ulli per Chaldaeam urbi possit applicari. Non est septicollis, non fuit orbis domina, cum Johannes scriberet; sed & alia multa disconveniunt. Unico verbo, *Mysterium* Babylonis hic habetur, non *frons* aut *facies aperta*. *Mysticum* est nomen, ut *spiritualis Sodoma, Aegyptus*, Apoc. c. 11. 8. Quibus argumentis etiam efficitur, *Hierosolymam* non intelligi per *Babylonem* Johannis. Nam & hic πολυπραψία reclamatur. Quod autem Ap. 11. 8. de plateis urbis magna, ubi *Christus crucifixus*; totus contextus arguit, improprie ac mystice omnia sumi. Plura in diexodo. Sed & falsa hypothesis templum Salomonis instauratum iri; nec verum, templo Domini non significari fideles, ipsamque Ecclesiam. Sit igitur argumentum: Quae urbs non est Septicollis, nec dominata orbi universo, tempore Johannis, neque septem reges habuit, quorum quinque ceciderant, unus erat, & alius nondum venerat; neque decem cornua seu reges, unam horam cum bestiam regnum accepturos Ap. 17. 9. 10. 11. 12. eam non est *Babylon Mystica*. Atqui *Nimrodica Babylon* non est talis. *Hierosolyma* non est talis. Ergo.

Tom. 5.
fol. 152.

Valeat igitur *Babylon*, quae in solitudinem versa non tantum usque ad tempora *Hieronimi*, sed incurabilis plane, propter angelum ejus; vide eundem *Hieronimum* Tom. 5. fol. 81.

Quibusdam e veneranda Canitie visum est, Babylonis titulo

lo universam improborum factionem notare Apocalypsin, & quidem non obscuris, sed ipsi *Augustino, Haymoni, Bede, Ruperto.*

Sed probant hoc ipso, se homines esse, à quibus nihil sit humani alienum, adeoq; non jurandum in sententias veterum: cum præsertim ab eventu, seu complemento, optimo Commentario, quo resignantur vaticinia Jer. 28. 9. Dan. 12. v. 4. & 9. remotius abfuerint. Certè tam apertis indicijs Babylon à promiscuâ sceleratorum plebe distinguitur, septem videlicet montibus, mercimoniis cum eâ exercendis, poculo, ex quo inebriandi reges ac populi, Spectatoribus incendij ac lamentatoribus &c. ut *Bellarminus* ipse, licet proferat sententiam illam, tamen ab eâ cogatur discedere. Sic enim *cap. 13. lib. 3. de Romano Pontifice.* Primò dici potest, cum *Augustino* in Psalmum 26. *Arethâ, Haymone, Bede & Ruperto,* in caput 17. Apocalypsis, per meretricem, quæ sedet super montes septem, & habet regnum super Reges terræ, non intelligi Romam, sed universam Diaboli civitatem, quæ in Scripturâ vocatur sæpè Babylon, & opponitur civitati Dei, id est, Ecclesiæ, quæ dicitur Jerusalem. Per septem autem montes intelligi universitatem superborum, & præcipuè regum terræ &c. Secundò dici potest, & meo iudicio, melius; per meretricem intelligi Romam, ut exponit *Tertullianus* libro contra Judæos, & libro tertio contra Marcionem. Et *Hieronymus* Epistola 17. ad Marcellam, & quæstione undecimâ ad Algesiam. Hæc ille. Similia idem Cardinalis, suspenso tamen iudicio, habet in appendice ad libros de summo Pontifice cap. 15. ubi concedit, quod *Dantes* Pontificem Romanum cum meretrice contulerit, sed ob avaritiam id factum esse. *Augustinum* in Ps. 26. *Aretham, Haymonem, Bedam, Rupertum* in comm. c. 17. Apoc. per magnam illam meretricem universam diaboli civitatem significatam velle. (At *Bellarmino*, tam alienum hoc est à textu, ut tu ipse improbaretis, multisque argumentis moti *Ribera* & alij vestri cogantur manus victas dare) *Tertullianum* verò & *Hieronymum*, aliosque de Româ Ethnicâ & Imperatoribus ejus paganis hunc locum exposuisse. (At verò hic etiam bonum dormitasse *Homerum*, non loquitur, sed clamat Apocalypsis; clamat, ut *Ribera, Viegas, Cassius,* aliiq;

aliique possint auriti esse testes.) Videmus, divortium sententiarum Patres facere. Quomodo ergo erunt fidei regula? quam certè unam, immotam, sibi que per omnia similem esse oportet. Non dicimus negligendos esse Patres, sed legendos omninò, ut quibus donum prophetiæ seu interpretationis non frustra collatum, prout voluit illius Dominus, 1. Cor. 12. 11. sed ita tamen legendi, ita intelligendi sunt, ut *probenur omnia*, 1. Thess. 5. v. 21. 1. Joh. 4. 1. ad Canonem scilicet fidei, ejusque ἀναλογίαν, ad textus συνέπειαν & parallela loca; tandem, in vaticiniis, ad eventum, monente summo nostro Magistro, cum de Danielis ageret prophetiâ: *Qui legit, intelligat, ὁ ἀναγινώσκων, νοεῖτω*, Matth. 24. 15. Cedro digna vox est *Augustini, Epist. 19. ad Hieronymum*. Ego solis eis scriptorum, qui jam Canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum scribendo errasse audeam credere; ac si aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud, quam vel mendosum esse Codicem, vel interpretem non assecutum esse, quod dictum est, vel me minimè intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, ut quantâ libet sanctitate doctrinâque polleant, non ideò verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios auctores vel Canonicos, (Augustinus habet, teste glossâ, vel per illos auctores Canonicos) vel probabili ratione, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt. Tanti habita est hæc sententia Hipponensis Episcopi, ut in Juris Canonici tabulas sit relata *dist. 9. c. 5. Adde dist. eadem c. 8.* ubi similis Augustini sententia laudatur *ex lib. 2. de Baptismo contra Donatistas c. 3.* Unde in Colloquio Ratisbonensi anno 1601, hujusmodi argumenta exhibuerunt nostri, sessione octavâ.

Normam ac regulam veritatis ἀυτόπιστον atque infallibilem esse oportet.

Sola Scriptura Canonica ἀυτόπιστος est, atque infallibilis. Sola enim hanc laudem habet, quod errare non possit. E. Sola Scriptura Canonica est Norma ac Regula veritatis. Scripta, quæ ex Scripturis Canonicis reprehendi possunt, non sunt ἀπίστα;

Non

Non enim ex sese, sed aliunde suam habent auctoritatem. Ideoque pro normâ veritatis haberi non possunt.

Omnium Episcoporum, adeoque etiam Romanorum Episcoporum, scripta ex Scripturis Canonicis reprehendi possunt. E. Non sunt *αὐτόπιστα*, nec pro Normâ veritatis habenda. Jesuitæ in utroque negant minorem; Cum & Ecclesiæ quoque Pastores & Doctores simul sumti in docendo, & summus Ecclesiæ Pontifex in definiendo, habeant infallibilem auctoritatem. At quàm turpis contradictio, Augustini dicta concedere, & minorem, quæ utraque Augustini est, negare! quàm inanis petitio principij! quàm desperata elusio dictorum scripturæ, 1. Theis. §. 21. 1. Joh. 4. 1. quibus Augustini assertio nititur?

Ut autem Patrum expositionibus neq; stamus neq; cadimus, sed ad Scripturæ amussim omnia exigimus; Ita propriis speculationibus indulgere, atque in Scripturas illas inferre, minimè decere statuimus. Non enim est Scriptura *ἰδίᾳ Παύλου*, 2. Pet. 1. 20. id est: Scripturæ sensus ex ipsâ Scripturâ eruendus, non aliunde ipsi assuendus; à Sole petendum lumen, non fax accendenda Soli. Lucerna enim est pedum nostrorum, Ps. 119. 104. Prov. 6. 23, lucens in loco caliginoso, 2. Pet. 1. 19. Jam verò quod lucet, quod illustrat alios, illud & habet lumen, & aliis habet. Imò; Si extra hanc lucem omnia sunt caliginosa, non potest aliunde afferri splendor; nisi 1. tenebras lucem, 2. luce clariores, 3. & luci lumen ac radios fœnerare posse dixeris. Vult itaque Petrus, ex Scripturis ipsis, non verò ex Ecclesiæ traditionibus sensum petendum esse, ut malè Pontificij explicant, qui Scripturam eâ ratione planè tollunt, negant, evertunt, cum formale seu sensum ex illâ tollant, saltem quoad nos, & vaginam gladio vacuum faciunt. Exemplum *ἰδίᾳ Παύλου* in Babylone nostrâ exhibet *Aureolus*, qui per illam accipit *Constantinopolin*, censetque prædici, Apoc. 14. excidium imperij Constantinopolitani, eò quòd ejus Imperatores pleriq; hæretici fuerint, vel Ariani, vel Eutychiani, vel Monothelitæ, vel Iconomachi, vel Schismatici. *ἰδίᾳ* hæc est *Παύλου*, non quod solus illam faciat, sed quod sine Scripturæ ductu & consensu faciat. Non tantùm enim, quæ de 7. montibus,

*Constanti-
nopolis in
Thracia
non est Ba-
bylon in vi-
sione Johanni-
sticâ.*

lib. 3. de
Rom.
P. c. 12.
Antichri-
stus non
nasciturus
ex virgine.

Antichri-
stus non
ipse diabo-
lus.

Antichri-
stus non
Nero.

Saraceni-
smus non est
Babylon
Apocalypse.
os vel fucus
meretri-
cius.

quæ de regibus, Apoc. 17. v. 9. 10. & c. 18. habentur, palàm huic expli-
cationi fidem derogant: sed & connexio vaticiniorum, Apoc. 14.
de eterno Evangelio, de imagine ac caractere bestie, de subsequuto ju-
dicio illam non ferunt. Ita ἰδιῶν Πηλυων per totam ferè Apoca-
lypsin affert *Alcazar*, quo nomine à Jesuitis ipsis passim perstringi-
tur. Quod si ergò ex nostris etiam sunt, qui in enucleandâ Apo-
calypsi suo interdum abundant sensu, bonâ cum veniâ discessum
ab illis facimus, & ῥ᾿ ἐπεὶ ἄντ' ἱερὰς scripturas pergimus, Joh. 5. 39. cum
præsertim in *Apocalypsi tot Sacramenta*, quot verba, dicente *Hiero-
nymo*. Ita *Bellarminus*, ut in aliis fidei quæstionibus, ita in vatici-
niis de *Babylone ac Antichristo*, liberè abic à Patribus, E.g. 1. Quod
Antichristus sit nasciturus de virgine operâ diaboli, quomodo
Christus de virgine natus est operâ Spiritus Sancti; quem erro-
rem fovisse dicit auctorem opusculi de *Antichristo*, quod habeatur
sub nomine *Augustini* in fine Tomi Noni, quod probabiliter *Raba-
no* adscribit. 2. Quod Antichristus futurus sit ipse diabolus; Secundus
error fuit *Beati Martyris Hippolyti*, ait *Bellarminus*, qui in Oratio-
ne de Consummatione mundi docet, Antichristum esse ipsum di-
abolum, qui de falsâ virgine falsam carnem assumet: Ut enim
verbum Dei, quod est ipsa veritas, de verâ virgine veram carnem
assumpsit: ita probabile existimavit *Hippolytus*, Diabolum, qui
est Pater mendacij, simulaturum se carnem humanam ex virgine
assumpsisse &c. Ita *Fr. Ribera* in c. 17. Apoc. Hoc loco *Victorinus*
insigniter lapsus est, putavit enim *Neronem* resuscitandum esse &
AntiChristum fore, quod etiam multi ex veteribus Ecclesiæ scri-
ptoribus crediderunt, ut refert *Hieron.* in illud *Dan. 11. Et cor ejus
adversus testamentum sanctum*. Porro *Aureolus* iterum privatæ in-
terpretationis documentum exhibuit, cum per *Babylonem*, Apo. 17.
Saracenisimum sive sectam *Mahometis* intelligit, quod foedissima sit,
fornicationem omnemque turpitudinem doceat, unde permissio
tot uxorum cuivis facta, quot alere potest. Per bestiam accipit
Sultanum Ægypti, qui à Sultano Turcarum, residente tunc in Per-
siae, regno, puta *Syriâ & Ægypto*, spoliatus est. *Cecidit Babylon*,
id est, *Saracenisimus* in *Syriâ*, quando Christiani anno Christi 1100.
profligatis Saracenis terram sanctam recuperârunt. Suam sibi
habet &

habet & hanc opinionem *Aureolus*: Quis enim non videt, multis modis hic in regulas explicandæ Apocalypseos peccari? Nam tempora non coherent, agni in monte, æterni Evangelij, Babylonis inebriantis omnes gentes, bestię, imaginis, judicij extremi. Locus indicio 7. montium notatus reclamatur, & alia multa. Suo igitur auctori hæc relinquuntur exosculanda.

III.

An igitur Roma sub Babylonis mysterio lateat? Resp.

Tanta est lux veritatis, ut hic ipsos Pontificios habeamus *quos ψήφως*, qui ex Patribus, textuq; ipso, planè evincunt, Babylonem non nisi Romam esse; quo verò sensu id accipiant, quæstiones proximæ expedient. Collegit & suffragia Patrum & fundamenta è textu omnium luculentissimè *Franciscus Ribera*, quem *Blasius Viegas* sequitur. Cum enim subruisset veterum opiniones, Babylonem ad impiorum multitudinem referentium *August. 14. de C. D. c. ult. Tyconij hom. 11. Bedæ, Ambrosij, Ansberti, Haymonis, Primasij, Anselmi, Thomæ, Arethæ*, (unde iterum constat, credendi regulam non esse antiquiorum placita, sed textum Spiritus sancti dilucidiorum esse Patrum facibus,) aliã viã eundem esse dicit, & prolatis multorum auctoritatibus subjungit; Hoc dicam; *Ambrosius*, qui prius negaverat, tandem in c. 17. veritate convictus, Babylone Romam significari confessus est. Huic conveniunt aptissimè omnia, quæ de Babylone dicuntur in hoc libro, ut suis locis videbimus, quibus omnia confirmabuntur. Atque illud imprimis, quod alij convenire non potest: *Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet*: Constat enim Romam super septem montes fundatam fuisse, de quibus *Virgil. (l. 6. Æneid)* ait:

Septemque una sibi muro circum dabit arces:

Et *Ovidius (l. Trist. Eleg. 4.)*

Sed quæ de septem totum circumspicit orbem,

Montibus, imperij Roma, Deumque locus.

Et *Horatius in Carmine seculari, quod est ultimum libri Epodon*:

Dijs,

Babylonis
mysteri-
um in Ur-
bern.

ROMAM
competit.

in c. 14. A-
poc. p. 398.

Dijs, quibus septem placuere colles,
Dicere carmen.

Hi sunt *Palatinus, Quirinalis, Aventinus, Caelius, Viminalis, Asquelinus, Janicularis*. Hinc *Tertullianus in Apologetico adversus gentes c. 36*. Ipsos, inquit, Quirites, ipsam vernaculam septem collium plebem convenio, &c. Optimè etiam convenit, quod est in eodem c. *Et mulier, quam vidisti, est civitas magna, quæ habet regimen super reges terræ, & quod nunc ait: Cecidit, cecidit Babylon illa magna &c.* id est, jam cadet & penitus subvertetur: more enim Prophetico, ut semper solet, præterito utitur pro futuro, ut certissimum esse sciamus, quod dicit.

Habet autem Emphasin Romæ convenientem Pronomen. *Illæ*, quæ est in Græco multò apertior, *ἔπεσεν ἔπεσε Βαβυλῶν, ἡ πόλις ἡ μεγάλη*: id est: *Cecidit, cecidit Babylon illa, urbs illa magna*: Quod egregiè in Romam convenit, *Illæ*, urbs illa, quæ omnium ore per Antonomasiam urbs dicebatur; *illæ*, quæ ubique intelligebatur cum sine addito *Urbs* dicebatur. Si ergò omnia conjungamus, quæ de Babylone dicuntur, planiùs eam Romam esse intelligemus. Si meminerimus Babylone Chaldæorum ab *Augustino* dici quasi *primam Romam, & Romam esse alteram Babylone*, tumentem imperio, & populum DEI persequentem; atque ita Babylone illam figuram esse Romæ, ac per vulgatum esse in Scripturâ, ut res figurata nomen habeat figuræ; ut cum *Christus* vocatur *David*, aut *Salomon*. Addamus hanc Babylone sedere super septem montes, esse urbem magnam, quæ apud omnes sine addito *Urbs* dicitur, habere eam regnum super reges terræ, matrem esse fornicationum, & abominationum terræ, reges terræ cum eâ fornicatos esse, à regibus & à negotiatoribus defleri, sub se habere decem Cornua, id est, decem Reges magnos, sedere super aquas multas, à decem Regibus esse vastandam. Nam etsi quædam ex singulis, vel in congregationem malorum, vel in aliam urbem convenire possint: omnia profectò, nisi in Romam, non conveniunt. Idem *Ribera: Mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficijs tuis erraverunt omnes gentes. Quod in nullam aliam civitatem convenire potest &c. Et vidi mulierem*

in c. 17.
p. 469.

rem ebriam de sanguine sanctorum. Hoc in nullam urbem æquè
 convenit, ac in Romam, in quâ innumerabiles Martyres occisi
 sunt. Quamvis non ebria dicatur tantum propter sanguinem
 in eâ fustum, sed etiam propter sanguinem, qui ejus jussu & pote-
 state, in alijs urbibus effusus est: nam hunc etiam ipsa fudit.
 Nec de sanguine usque ad Johannis tempora effuso tantum lo-
 quitur, verum & de eo, qui postea erat effundendus &c. Ejus-
 dem planè sententiæ *Viegas* est, qui ex *Tertulliano* & *Hieronymo*,
 (ut & *Lorinus*, alijsque) fidem facit. Imò hanc ipsam *Babylonem*,
 de quâ Johannes hoc capite, alijsque disserit, *Romanam* urbem
 interpretatur *Tertull.* loco citato, & *D. Hieronymus* in *Epist. ad*
Algasiam q. 1. & fusè in *Epistolâ ad Marcellam*, ut commigret *Beth-*
lehem. *Lege*, inquit, *Apocalypsin Johannis*, & quid de muliere pur-
 puratâ, & scriptâ in ejus fronte blasphemiam, septem montibus, aquis
 multis, & *Babylonis* cantetur exitu, contuere; *Exite*, inquit *Dominus*,
de illâ populus meus, & ne participes sitis delictorum ejus: *Fugite de*
medio Babylonis. *Cecidit enim Babylon magna*, & facta est habitatio
Demoniorum. Est quidem ibi sancta Ecclesia; sunt trophæa Apo-
 stolorum & Martyrum; est Christi vera confessio; est ab Apostolo
 prædicata fides, & gentilitate calcatâ in sublime se quotidie eri-
 gens Vocabulum Christianum; sed ipsa ambitio, potentia, ma-
 gnitudo urbis, videre, & videri, & tantam frequentiam homi-
 num, saltem invitum videre, à proposito Monachorum & quiete
 aliena sunt. Ex quibus verbis constat *Hieronymum* de urbe Ro-
 mâ hanc *Apocalypsis* *Babylonem* intellexisse. Suum etiam cal-
 culum addit *Cornelius à Lapide*: *S. Johannes* *Apoc.* 17. 19. dicit
Babylonem insidere septem montibus sive collibus. Nulla autem
 alia urbs est septicollis, quàm *Roma*: (Elidit igitur aliorum effu-
 gium, qui objiciunt, Romam hodiernam septem montes non ha-
 bere substratos, sed in planitie *Campi Martij* sitam esse: cum
 tamen monasteria, sacraria & monumenta, in illis montibus
 conspiciantur.) Adde *Tribonianum Cassium*, *Lamparterum* in *Sta-*
terâ auri (*Goldswage.*) *Emanuel Sâb* dubius est Romamne malit,
 an impiorum multitudinem. Ita meminit *Hieronymus*, quæ *Es.* 34.
Spiritus Sanctus de impiæ urbis excidio, quod *onocrotalus*, heri-
 cius,

p. 470b

p. 776

In 1. Pet. 5

CIUS

cus, ibis, corvus, quod pilosus, quod lamia & monstra alia ibi stabulatura, à quibusdam de orbe universo, à Judæis de Romano Imperio explicentur. Ipse autem Hierosolymam intelligit; & sub bestiarum & portentorum nomine idolatras, qui expulso populo Judæorum, Hierosolymam, adductis coloniis de diversis gentibus, recuperarunt; Sed textus ipse ac eventus optimus est interpretres.

IV.

An Johannis vel Angeli nostri Apocalypsis Romam quidem designet, sed Ethnicam, qualis ad Constantini Magni usq; tempora fuerit, non qualis nunc sit sub Romano Pontifice?

in c. 14.

Apoc.

p. 401.

Id sanè remis velisq; contendunt Jesuitæ. Joannes adversus illam civitatem vaticinaturus, ait *Ribera*, quæ tunc gentium regina, & caput Idololatriæ & persecutrix Christianorum erat, rectè eam & Babylonem, & meretricem, & matrem fornicationum & abominationum terræ appellat; non enim tunc meliori nomine digna fuit. At posteaquam scriptam in fronte blasphemiam Christi confessione delevit, ut dixit Hieronymus, Babylon non appellatur; nam neque infidelis est, sed fidei magistra, nec Christianos persequitur, sed ut pia mater protegit & fovet, nec fornicationum mater est, sed pietatis & religionis. Si quando hæc eadem fecerit, quæ Joannis tempore faciebat, iterum Babylon vocabitur, &c. Quem Apostolum, quem Prophetam persecuta est Ecclesia Romana, aut sedes Apostolica, ut exultare debent Apostoli & Prophetæ? Quâ injuriâ eos affecit, ut dicatur eis: quoniam judicavit Deus judicium vestrum de illâ? Resp. I. Atqui Roma illa Ethnica non est exusta, deleta, extincta penitus, quod cum Româ futurum ipsi concedunt. Nec valet *Alca-*

Vid. Cor-

el. à La-

in c.

Apoc.

apoc.

apoc.

zaris Schema, exustam esse igne, sumtamque vindictam tum temporis, cum *Ethnicismum Deus in eâ abolevit, & Christianismum sub Constantino introduxit*. Primum Angelum, id est, Paulum Apostolum Gentium & Romanorum doctorem effudisse in illos phialam suam, Apoc. 16, 1, 2. cum eos de suis sceleribus coarguit & convi-

CIT.

sit Rom. 1. Alterum angelum habentem potestatem magnam & inclamantem: *Cecidit, cecidit Babylon*, Apoc. 18. 1. esse D. Petrum, cui claves cœlorum traditæ, quiq̄ue *Romam* vocet *Babylonem*, 1. Pet. 5. 13. atque hoc excidium cognovisse, ac Johanni significasse. Ut ergo *ascensor Cameli* (Dan. 9.) & *ascensor asini* (Cyrus) Babylonem evertere visi: Esai. 21. 7. Sic Paulum ascensorem Cameli, (id est, *Doctorem Judeorum*) & Petrum ascensorem asini, (id est, *Doctorem Gentium*) Romam igne amoris Christi succendisse, ac idolatriam in eâ evertisse, Nullius, inquam, hæc Allegoria valoris est; agnoscente ipso *Cornelio à Lapide*, qui hæc non tantum mystica, sed & *ἀνέλογοι* esse monet, cum triste, atrox & funestum Romæ excidium, quod graphicè, Apoc. 18. depingitur, in lætum, pium & omnibus votis optandum fidei salutis & charitatis incendium convertat.

2. Roma Ethnica non habuit suum sibi poculum, è quo inebriaverit gentes omnes, sed potius ab alijs ipsa imbibit Idolomaniam, ac omnium Deos divosque coluit, Senatusconsulto etiam statuens; Sipienti omnes Deos colendos. Audi, quid *S. Leo* asserat de Româ *Serm. 1. de Petro & Paulo*: Hæc autem civitas, ignorans suæ profectiois auctorem, cum penè omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium serviebat erroribus, & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuebat falsitatem, &c.

3. Non fucis ac coloribus sua Idololatriæ κρύφια pinxit, sed crassâ nimis, aperta que se polluit insaniâ; imò turpissimis & abominandis cultibus, quos taxat Paulus, Rom. 1. contra 5. & 6. præceptum, se contaminavit.

4. Roma Ethnica non insidet *bestia decicorni*, Apoc. 13. quam illi Antichristum faciunt. Esse autem illam bestiam eandem cum bestiâ coccineâ, plenâ sermonibus blasphemiarum, habente capita 7. & cornua 10. censent *Alcazar*, *Suarez* 3. part. Tom. 2. disp. 59. a. 6. Sect. 2. & alij. Hæc est responsio *πρὸς ἀνθρώπων*.

Rem quod spectat, Ethnica Roma illo tempore quo persecuta est pios, non sensit inclinationem illam, quam Apocalypsis tribuit Babyloni; quod decem cornua (quæ provinciarum forma

mā hactenus Romano Imperio subiecta, adeoque regnum seu propriam Jurisdictionem regiam nondum acceperint?) reges futuros designent, accepturos unā horā potestatem tanquam reges cum bestiā. Quō accedit, quod reges hi unum iterum consilium habeant uendi bestiam, suamque virtutem ac potestatem bestiae acceptam ferant.

5. Ethnica Roma non secuta est, sed antecessit *heresin Ariamam, & Mahometici Alcorani perfidiam*. Quae igitur calamitas tertio loco sive sub VÆ tertio impendet Ecclesiae, non ab Ethnica Romā illi metuenda est.

6. Sed nec cohæret status Ethnicæ Romæ cum *bestiā bicornī*, cum agno in monte constituto, cum æterni Evangelij præconio, post errores Antichristi seu *bestiæ bicornis* insonituro, non cum ruinā Babylonis, Antichristi initia & imperium subsequatā &c. Siquidem bestiā utraq̃ Apoc. 13. ipsi Antichristum, vel priore Antichristum, posteriori flammam ejus & hyperaspisten intelligunt. Unde absurdè sequeretur, Romam Ethnicam collapsuram esse, cum jam pridem collapsa, funditusque destructa sit, ante Antichristi, ut opinantur, adventum, vel certè primis illius annis.

7. Aucupium etiam pecuniarum, & mercimonia religiosa, quæ tam operosè Apoc. 18. depinguntur, Ethnicæ Romæ non conveniunt; ut quæ alijs modis suas acquisivit facultates maximas: (Vide *Lipsium de magnitudine Romanā, seu de admirandis Romæ*.) Non possum, quin hic Ambrosij de hoc mercatu monita intertexam: Possumus etiam & per eosdem, illos, qui gradus Ecclesiasticos vendunt, intelligere: quod divina Scriptura valdè condemnat. Et quamvis multi ex Episcopis ab hoc scelere videntur, immunes ministri tamen eorum in hoc sæpè polluantur. Sed ad Magistros respicit, quicquid à discipulis delinquitur. Est & aliud Scelus valdè pessimum quod ab ijs, qui Archidiaconi appellantur, committitur. Nam ab adulteris presbyteris pretium accipiunt, & tacendo malum consentiunt, quod per auctoritatem, quam ab Episcopis acceperunt, emendare possent. Sunt etiam alii ex hujusmodi Presbyteris, qui timentes se damnari pro sceleribus suis, ij servitijs Archidiaconorum plus sunt assidui, quam

*Ambrosij
Tom. 5. p.
358. edit.
Romana.*

quàm ceteri. Contra quos si quis aliquod verbum contrarium e:
proferre voluerit, defenduntur ab eis, & fingunt, se nescire, quod e:
sciunt: condemnanturq; illâ Propheticâ sententiâ, quæ dicit: Væ, e:
qui dicitis malum bonum, & bonum malum; ponentes tenebras e:
lucem, & lucem tenebras. e:

8. *Babylon cum bestia & imagine* conjungitur Apoc. 14. v. 8 9.
Imago ad bestiam *bicornem* pertinet, à quâ elaborata est, Apoc. 13.
v. 15; Bestia bicornis *cornua* gerit, quæ *agnum* præ se ferunt, Apoc.
13. v. 11, id est, quæ CHRISTI similitudinem, quæ sanctitatis CHRI-
STI speciem habent. Atqui hæc nullo modo *Roma Ethnica* com-
petunt, quæ non simulavit Christum vel professionem Evangelii,
sed collatis aperto Marte signis illi bellum indixit. E. *Roma Eth-*
nica Babylonis mysterio non venit.

9. Quid? an *Ethnica* Romæ principes seu Reges decem surre-
cturi à mortuis! ut videant excidium ejus, & vel lætentur vel
plangent. Apoc. 17. v. 12. 16. cap. 18. v. 9. Possunt hujus generis
multa è textibus sacris colligi. Inferiores sunt arietes, quos his
machinis opponunt Jesuitæ, quàm ut disjiciant. Cornelii à Lapi- *Corn. à la-*
de hæc ferè argumenta sunt (1.) Romæ *Ethnica* competere regnum *pide in c.*
super reges terræ, septem montes, crudelitatem, bellum in sanctos. At 1. *17. Apoc.*
quæ hæc *ἀσυνδοκία*; *Babylon* est domina orbis, est septicollis, cru- *pag. 269.*
delis; *Roma Ethnica* fuit domina orbis, septicollis, crudelis, adde-
meretrix; caupona & alia. E. & c. Non si aliqua *πρωτεύουσα* com-
petunt, sed si *συνήβδλω* omnia, bona tandem erit consequentia.
2. Multa propriè, multa in typo conveniebant in *Antiochum Epi-*
phanem; Spiritus sanctus tamen solet vaticinia intermiscere, quæ
nullo modo in illum; E. g. *Adhuc aliud tempus erit*, & quæ sequun-
tur ut sic deducat nos in intimiores prædictionum sensus. (2.) Ba-
bylonis nomen mysticè accipiendum, ex v. 5. Ergo florentissimam
urbem, quæ Christianos persecuta, intelligi. Talem esse Romam
Ethnicam. R. r. plus in conclusione. Hoc tantum sequitur, Ergo
non *Babylon* propriè dicta. 2. *Ethnicam* Romam non intelligi,
eventus docuit: à quibus enim decem Regibus exusta? 3. inverte,
Ergo non quæ aperte, sed sub mysterio cum agno pugnat, ita ut
adcomiretur Johannes, agnina cornua in agnum *favere* ob ima-
ginem.

ginem bestia. (3.) Romam & Romanos Imp. Johannis tempore & per trecentos annos acerrimè oppugnasse Ecclesiam. E. nulli alteri, nisi Romæ Ethnicæ illud Apoc. 17. v. 6. & Apoc. 18. v. ult. competere. R. Eadem, quæ ad primum argumentum reposita, huic sufficiunt. Objiciunt (4.) à Petro Romam propterea Babylonem dici 1. Pet. 5. v. 13. (de quâ re supra, quæst. 1.) Eadem de causâ Romam & Romanos Imperatores à S. Paulo 2. Thess. 2. v. 7. vocari *Mysterium iniquitatis*, ubi & addat, *Romam & Romanum imperium duraturum usq; ad Antichristum*, atque adeò signum adventantis vel potius præsentis Antichristi fore Romani imperii ruinam. R. 1. *Mysterium iniquitatis* clam vel in obscuro peragebatur. Atqui Romana tum dominatio, tum Idolatria non in obscuro erat, sed in aprico & propatulo. E. 2. Non adventurus ultimus dies, donec reveletur filius iniquitatis, sessurus in templo Dei; quid hoc ad *Romanos Imperatores*? 3. Lege tuum Alcazar, qui tibi Romam æternam probare molitur. Certè Imperium Romanum perstiturum esse, quoad orbis stabit, si non ex *Daniele*, ex *Tertulliano* discere poteras, qui libr. ad Scapulam cap. 2. *Christianus*, ait, *nullius est hostis, nedum Imperatoris, quem sciens à Deo suo constitui, necesse est, ut & ipsum diligat, & revereatur, & honoret, & salvum velit cum toto Romano Imperio, quousq; seculum stabit: tamdiu enim stabit*. Ubi notare velim Jesuitas 1. Romani Imperii perpetuitatem, per omnem seculi decursum. Multas vestras de Antichristo speculationes proscribit hæc assertio. Nec convenit in Romano Imperio disputare contra Imperium, *Bodino*, *Chiamiero* & aliis impunè licuit in *Æquata* augusti Imperii Romano-Germanici calamum stringere; vobis an idem liceat! aut si vel maximè liceret, decere vos non arbitror. 2. Imperii originem, quam ad Deum refert Tertullianus; quo superiorem Monarcha Romanus non agnoscit. Protrita dudum vox est, Imperium Romanum esse *feudum Papa*; ac si vellent gloriari etiam de Antichristi signis, *regnorum collatione, super omne, quod Deus est, elatione*, Dan. 11. v. 39 36. 2. Thessal. 2. v. 4. Legatus Decretum Electorum an. 1338. Das Römische Reich/ die höchste Obrigkeit in der Welt/ ist von niemand her/ denn von Gott/ ist keines Menschen auff Erden Lehn. 2. Der Keyser hat keinen Oberrn auff der Welt

Welt &c. darff nicht hin vnd wieder zum Pabst &c. Ubi secus do-
centibus, dicentibus, facientibus proscriptio, bonorum confiscatio,
& mortis supplicium denunciatur. Legatur gravissima Consti-
tutio Imperialis Ludovici IV. ap. *Albericum de Rosate*, in *l. Benè à*
Zenone 3. *C. de quadrienn. prescript.* ubi è sacris evincitur potentissi-
mè, quod Imperialis dignitas & potestas non à Papâ, sed immedia-
tè à solo Deo sit; & qui hoc inficiantur, crimen læsæ majestatis in-
currere, ac pœnis omnibus, Crimen læsæ Majestatis concernenti-
bus, subjacere. Notent hoc sibi *7 Cti Dillingenses*, notet *Bellarmini-*
us, Suarez, Forerius, notent *Canonista*. 3. Imperii majestatem, quod
unusquisq; Christianorum, nullo excepto Clerico, ne Papâ quidè,
revereri & honorare debeat Imperatorem; quæ & Pauli doctri-
na est *Rom. 13, v. 1.* quo loco nec Evangelistas nec Apostolos exce-
ptos esse, Patres monent, *Chrysostronus, Theodoretus, Theophyla-*
ctus, Oecumenius.

Opponunt 5. S. Johannem jam recentèr à *Domitiano* in do-
lium ferventis olei projectum, indeq; relegatum in *Patmon*, hæc
vidisse & scripsisse, ad sui & fidelium secum afflictorum consola-
tionem & corroborationem, quod scilicet à *Babylonis*, id est, à
Romanis Imp. ita vexati, visuri essent Deum sui vindicem, qui *Ba-*
bylonem igne cremaret: Resp. 1. S. Johannes solatium non ad sui
temporis angustias constrinxit, sed ad finem usq; mundi porrexit.
2. aliis jam visionibus suos erexerat. *Apoc. 1. v. 1. 9. & seqq. cap. 6.*
v. 9. & seqq. cap. 7. per totum cap. 12. per totum, 3. istius temporis
fideles videre sanè non poterunt Romæ excidium & conflagra-
tionem.

Opponunt 6. *Hieronimum*, aliosq; veteres sic accipere. R. 1.
Fortassis etiam *abominationem desolationis*, de quâ *Daniel*, *cap. 9.*
27. c. 11. 31. c. 12. 11. de *Antiocho Epiphane* acceperant totâ, *1. Macc. 1.*
57. quam Christus cum ultimis temporibus colligavit, *Matt. 24. 15.*
2. *Hieronimus* etiam ejurato jam *Ethnicismo* *Romam Babylonis*
nomine compellendam censuit; ut supra audivimus è *Prologo in*
libros Didymi de Sp. S. Adde quæ *lib. 2. contra Jovin. habet*: Ad te lo-
quar, quæ scriptam in fronte blasphemiam Christi confessione de-
lesti: urbs potens, urbs orbis domina, urbs Apostoli voce laudata.

Inter-

Interpretare vocabulum tuum: Roma aut fortitudinis nomen est apud Græcos (ἀπό τῆς ῥώμης, id est valere, fortem ac robustum esse) aut sublimitatis apud Hebræos (à rad. enim רוּם, id est altus fuit, dicitur Roma, quasi dicas, Altitudo, sublimitas, celsitudo) Serva quod diceris. Virtus excelsam te faciat, non voluptas humilem. *Maledictionem, quam tibi Salvator in Apocalypsi comminatus est, potes effugere per pœnitentiam, habens exemplum Niniuitarum. Cave Joviniani nomen, quod de idolo derivatum est. Squaler capitolium, templa Jovis & ceremoniæ conciderunt, cur vocabulum ejus & vitia apud te vigeant? Adhuc sub regibus, & sub Numâ Pompilio facilius majores tui Pythagoræ continentiam, quàm sub Consulibus Epicuri luxuriam susceperunt &c. Ex quibus liquet, Hieronymum non de Româ loqui, qualis fuit Nerone & Caligulâ fasces gerentibus, sed ulterius fata Babylonis porrigere. Falsum igitur, quod Sebastianus Heissius in refutatione aphorismorum Jesuitarum habet: Nullus veterum Doctorum sedem Romani Pontificis, eiq; fidei consensione coherentem Ecclesiam, Babylonem vocavit: sed civitatem Romam, quatenus adhuc omnis generis Gentili superstitione fœdabatur; & Gentilitatem hanc intelligebant funditus excisum iri à Christi religione, quod & factum est; adeoque tantùm abest, ut cathedra Romani Pontificis sit Babylon, ut Babyloniam meretricem, Gentilismum scilicet, sustulerit.*

PAG. 213.

Ehodum! Igitur cathedra Romana *Babyloniam meretricem* sustulit? 1. Qui ergo reges illi decem, qui prius bestię vires suas & potestatem tradiderant? qui non à Romano Imperio, sed à bestia solum & purpurato prostibulo defecerunt (illud enim Johannis tempore, ac decem persecutionum tempestatibus, remansit integrum;) tandem verò illud deseruerunt, denudârunt, exusserunt? Sint argumenta 1. A quibus destruenda Babylon, illi veniunt titulo decem regum Apoc. 17. v. 16. Cathedra Romana non venit titulo decem Regum. E. Cathedra Romana non destruxit Babylonem. Porro: 2. Qui destruent Babylonem, potestatem accipiunt cum bestia, unius sententiæ sunt cum bestia, virtutem suam dant bestia, Apoc. 17. v. 12. 13. Ac verò cathedra Romana non accepit potestatem

tem

tem cum bestiâ (diabolo ut volunt) non ejusdem sententiæ, non virtutem suam illi tribuit. E. Cathedra Romana non destruet vel destruxit Babylonem. 3. Si cathedra Romana destruxit Babylonem, utiq; tûm venit Antichristus, quod ij concedere coguntur, qui bestiam Apoc. 13. & Apoc. 17. pro eâdem sumunt. Quod enim alii per ultimam bestiam Diabolum accipiunt, à textu refutatur. Diabolus enim non venturus, sed Johannis tempore præsentissimus, infensissimus, ut alia taceam: Per *Draconem* diabolus notatur in Apocalypsi, non per *bestiam decicornem* Apoc. 17. v. 3. & *septicipitem* vers. 7. *quæ fuit, & non est, & redibit ex abyssu*, quam mirabuntur populi: cujus 7. capita sunt, 7. montes, & 7. reges, quorum quinque lapsis unus susperstes, *alius nondum venerit, brevi cum venerit mansurus*; *bestia autem octavus* v. 10. 11. & de septem illis? Hæc qui tu ad diabolum? Imò quid *decem reges qui potestatem nondum acceperant* vers. 12. ad Romam sub Nerone, Domitiano, Trajano? Hi scortati cum Roma Ethnicâ! hic exusserunt illam! & hoc est gentilismum tollere! vide quibus te involvas compedibus. 4. Porro si Cathedra Roma Ethnicam Babylonem delevit tollendo Ethnicismum, utiq; jam tûm portata fuit meretrix à septimo capite, quod nondum venerat, cum Johannes ederet hanc prophetiam, Apoc. 17. v. 10. Ulterius, 5. *Destructores Babylonis pugnabunt cum agno & vincuntur ab illo*, Apoc. 17. v. 14. Cathedra Pontificis non pugnat cum agno, (tempore Johannis, ut neque nunc ex adversariorum hypothesi.) E. Item 6. *Destructio Babylonis est iræ divinæ opus & justum supplicium, quod cavere debent fideles, è Babylone exeundo. Conversio Romæ gentilis est destructio Babylonis. E. Conversio est iræ divinæ opus.*

7. *Destructio Babylonis plangetur à Regibus. Conversio Romæ ad fidem Christianam est destructio Babylonis. E. Conversio illa deplorabitur à decem regibus, & per consequens decem reges à mortuis resurrexerunt, cum Roma fidem Christianam suscipere.* Ἄποπα, ἀνακόλυσθα omnia; ut de novo omninò effugio cogitandum sibi Jesuitæ putarint, olim nimirum Romam iterum ad vomitum redituram, gentiles ritus amplexuram, à Pontifice defecturam, omnes populos idolomania scypho inebriaturam, de-

D

struen-



fruendam ante tempus AntiChristi, vel sub prima illius initia, ab Antichristo vel alio &c. quod commentum tamen titubantèr & hesitantèr conscientia emurmurant; adeò ut *Heisius*, cum quo hic agimus, suum suspendat iudicium, quin & *Tannerus* ipse certâ asseveratione id approbare non audeat, quâ de re quaestio subsequens movetur.

IV.

Roma sine olim à Pontifice defectura, & tùm demum Babylon Johannis futura?

Eò tandem angustiarum redacti sunt Pontificij, ut ab omnibus præfidijs dejecti, nebulâ hac sese involvant, Babylonem Johannis esse Romam olim Ethnicismi recidivam passuram. Dico hanc sententiam esse 1. *novam & Patribus*, quos tamen nobis in hac Babylonis causâ obijciunt, *incognitam*. Primus ferè, quod ego quidem observaverim, hanc sententiam, de Româ olim à Pontifice defecturâ, urget *Franciscus Ribera* Præbyter Societatis Jesu, qui Commentarios edidit in Apocalypsin (ut ex approbatione liquet, an. 1590. recusâ Antwerpia an. 1623.) ut propterea vel novitatis nomine suspecta sit, & alij majorum gentium Pontificij nondum constitutum habeant, num calculum addere ignoratæ hæctenus explicationi velint. Urget inquam vel maximè hanc sententiam *Ribera*, quem sequitur *Blasius Viegas*, qui tamen *pag. 718. p. 719. ad Dominicum à Soto* refert. Nam 4. *sent. distinct. 46. quest. 1. art. 1.* existimat per discessionem, de quâ loquitur Paulus, accipiendam esse *duplicem discessionem*: unam ab imperio civili & temporali: alteram à potestate Spirituali & Ecclesiasticâ, quam Romanus Pontifex obtinet; Prioremque defectionem jam extare, quia nimirum temporale Romanæ urbis imperium jam cessaverit; posteriorem adhuc expectari, per defectionem videlicet totius orbis à sede Romanâ; in cujus sedis potestatem fuit temporale illud imperium commutatum, ut auctor *Leo Papa serm. de Apostolis*. Verum ipse *Viegas* refutat prius assertum *Dominici* de defectione ab imperio civili, & evincit, durare adhuc imperium Romanum. Posterius verò comprobatur, sed non probatur. Unum verò rectè deduc-

Deducit ex textu, ex Tertulliano, ex Hieronymo, quod urbs Romana per Babylonem intelligatur.

Franciscus igitur Ribera, cum probasset, ac rectè quidem (ijsdem enim argumentis nostri dudum usi sunt) Babylonem non esse civitatem totam, seu colluviem impiorum, sed Romam; satisque perspiceret, Romam, ut sub Ethnicis Imperatoribus fuit, non omnia competere, ne tamen vellet illam, ut sub Pontificis est pedo, his notis delineari; sollicitè admodum procedit, & audere vult aliquid, volatu Icaro. At magna quæstio est, ait, & à patro-^{p. 400.} nis nostræ sententiæ non explicata, cur Joannes tot mala prædicat huic urbi, quæ licet tunc caput Idololatriæ esset, nunc caput est sanctitatis, & Catholicæ fidei præsidium: & cum Ecclesia cum suo capite usque in finem seculi duratura sit, locusque capitis proprius Roma sit, eo ipso tempore, quo Ecclesiam vastabit Antichristus, nulla urbs, ut apparet, DEO gratior futura est? Præterea Johannes describit urbem potentissimam; & locupletissimam, & orbis Reginam: Roma autem nec talis nunc est, neque extremis temporibus futura videtur, ut illi conveniat Prophetia? *Antequam ad hæc respondeam, quæ per difficilia sunt, & nisi explicentur, totam de Babylone Prophetiam ignorari necesse est, offensionem pio lectori amovere volo: cui fortè molesta & ingrata erit hæc explicatio, quod hæreticorum maledicentiæ favere videatur, qui Romam injuriæ causa, Babylonem appellant, quasi Ecclesiis tyrannicè imperantem, & hinc multa in Romanum Pontificem convitia proferunt &c.* Porro cum protulisset novam suam sententiam, quod Apocalypsis de Româ loquatur, qualis sub Ethnicis Imperatoribus olim fuit, ET qualis postquam à Romano Pontifice, defecerit, in fine seculi futura sit, ita deprecatur, *nequequa & invidiam.* Divinare me dicet quispiam, sed hunc ego orabo, ut præjudicium deponat, rem totam apud se maturo judicio examinet, nec plus mihi credat, quam ratio & veritas persuaserint. Hæc Ribera, conscius sibi de ausu novo, quod comicum oculos configere, ac terminos à Patribus positos movere velit.

Dico 2. expositionem hanc adeò *infirmam*, ut non audeat

D 2

caput

S. Beßl. 2.
de Pontif.
c. 1. §. 3.
cap. 13.

caput erigere, nec alij Jesuitæ aut Pontificij ipsi assurgant aut fi-
dant. *Tannerus Theol. Schol. Tom. 3. disp. 1. 44. dub. 5. n. 220.* ubi
contendit Romam notari, qualis circa tempora Sancti Johannis
Apocalypsin scribentis erat, Idololatriæ princeps, superstitionum
auctrix, Christiani nominis crudelissima insectatrix, & sub Ne-
ronis ac Domitiani & paulo post sub Trajani dirissimis persecutio-
nibus, multorum millium martyrum sanguine ebria; qualem
etiam excussa Romani Pontificis obœdientia, denuo circa finem
mundi futuram non contemnendis argumentis quidam sibi col-
ligere videntur. Hæc Tannerus. 1. QUIDAM, ait, 2. SIBI
3. COLLIGERE, 4. VIDENTUR. Ita *Sebastianus Heisus* in
refutatione Aphorum. Jesuiticorum p. 219. Quare etsi cre-
dibile sit, Romam aliquando abjectâ Christi religione, pulsoque
suo Pontifice, denuo diabolicis superstitionibus servituram, &
ideo quoque Babylonem in Apocalypsi esse nuncupatam; nemo
tamen nostrorum Antichristum Romæ sessurum asserit: neque
enim Babylonia illa meretrix Antichristi typus est &c.

Goldwa-
ge Contra
D. Jacob
Reibing, è
Jesuita Lu-
theranum
pag. 832 &
p. 840.

Contradi-
ctio: In-
certa est &
fundamen-
tum tamen
habet in
Apocalypsi.

Fr. Ribe-
ra.

Lamparterus in der *Goldt Wage*. Derer (des Antichristes
anhangs) Zehen Könige sein werden / von welchen auch die Stadt
Rom / wegen ihrer Gottlosigkeit / daren sie (wie man Vermeinet)
gerahen wird / an ende der Welt sol verwüestet werden. Das ist kurz-
lich die Glaubwürdigste auslegung dieser Propheceen / Wie-
wol nit allerding gewieß. Et fol 840. Wir geben diese me-
nung von Künfftigen abfall der Römer nicht für gewieß aus:
ist aber nicht wahr / das sie kein grund habe in der Schrift Apoc. 18. v.
4. vnd 9. hat sie guten grund / alda die frommen ermahnet werden / das
sie davon ziehen / vnd gesagt wird / alle die so mit der Stadt gesündig
get haben / werden vber ihre Verwüstung weinen vnd flagen /
welches ja zu den letzten zeiten geschehen wird.

Dico 3. hanc opinionem ex *Apocalypsi* affirmari astrui que
non posse. Videntur id quidem sibi colligere argumentis non
contemnendis, dicebat modò *Tannerus*. Sed quæ argumenta
illa? Colligamus ex Jesuitarum divinationibus parùm divina
argumenta, quatenus pro novâ hac sententiâ facere videri pos-
sunt 1. Hæc Urbs in gravissimâ apud DEUM offensione erat,
cum

cum hæc scribēbat Johannes, quod mater erat abominātionum &
 fornicationum terræ, & quod plurimum Christiani sanguinis effu-
 disse &c. adeo ut duo orbis terræ lumina, Petrum & Paulum,
 uno die occiderit &c. Equum ergo erat, ut tanta ejus urbis im-
 pietas tristissimo atq; atrocissimo exordio, aliquando plecteretur,
 præsertim cum propè finem seculi non minus impia futura sit, ut
 paulo post explicabimus. Sed quam enervis consequentia!
 sicine à non distributo ad distributum arguari licet? Puniatur
 Roma: Ergo ipsa urbs conflabit, nec sufficit Tyrannos pessimè
 perisse. Puniatur Roma: Ergo reversura est ad vomitum
 Ethnicum. Puniatur Roma: Ergo tot devastationes nondum
 sufficiunt, sed ob Imperatorum Ethnicorum peccata sub finem
 mundi delenda denuò. Quod enim attexis, præsertim cum pro-
 pè finem seculi non minus impia futura sit, non probationem
 sapit, sed petitio principij est, quia Ethnicam Impietatem intelligis,
 Satis & plusquam satis impiam esse Romam hodiernam, prolixè
 ipsi fatemini, quoties vobis chiliadas publicarum lamentationum,
 gravaminum, execrationum objicimus. Legatur Bernhardus ser-
 mon. 1. de conversione B. Pauli: serm. 33. & 77. in Cant. item in
 Psalm. 91: serm. 6. & 7. pag. 137. de Consideratione l. 1. 2. 3. & 4.
 Unde voces publicæ *ÿst eine Hell / so steht Rom drauff /* quæ Romæ
 audita à Luthero, quam citat Adam à Contzen in Coronide Jubil.
 c. 24. p. 227 citat, non refellit.

I pudor in villas, si non patiuntur easdem

Et ville vomicas, urbs est jam tota lupanar. Mant. l. 2. Pastor. pag. 576.

Quod ridiculè Gretserus in mystâ excusat ob Bacchanalia & ob-
 scœna dramata; nec de Româ in specie, sed de omni civitate, ubi
 hæc lascivia regnat, dictum. Quis Grammatista concedet UR-
 BEM pro civitate omni accipi? Si tamen Româ in specie judicij
 Mantuani cupis, audi hoc è lib. 1. sylvarum:

Vivere qui sanctè capitis discedite; Romæ

Omnia cum liceant, non licet esse piunt.

Addatur Schulringius de discipl. Ecclesiæ, aliq; multi non è trivio,
 sed maximi, tum sacre tum politicæ professionis. Sed perge no-
 bis *Ribera*: Exigendas autem esse pœnas ab hac civitate, (ars,)

D. 3.

pro-

p. 406

39

v.20. propter persecutiones illas Neronis & Trajani dubitare non pos-
 sumus, cum cap. 18. scriptum sit: *Exulta super eam Caelum & sancti
 Apostoli & Propbeta quoniam judicavit Deus judicium vestrum de illa.*
 Illa enim olim occidit Apostolos & Prophetas, quos Deus in ejus
 excidio ulciscitur. At 1. quid Romæ cum Prophetis? quos extra
 Hierosolymam occidi novum & insolens. Luc. 13. v. 33. *Lex & Pro-
 pheta usq; ad Johannem* Luc. 16. v. 16. An iterum Babylonem efficie-
 mus Hierosolymam? 2. Syrus vertit: *Jucundamini super eam cæ-
 li & angeli & Apostoli & Propbeta, quia judicat Deus judicium ve-
 strum de illa*, id est, (paraphrastâ Cornelio à Lapide) quia justam
 pro vobis vestraq; lite & causâ (hanc enim metonymicè significat
 judicium: quia lis & causa in judicio agitur & tractatur) tulit sen-
 tentiam contra illam q. d. Deus justo judicio vobis causam adju-
 dicavit, definitivè vestram causam esse justam &c. Hæc ille.
 De causâ hic agitur Prophetarum & Apostolorum, quam oppressit
 Roma. Sicut verò non opus erat, ad excidium Hierosolymæ, ut
 deficeret urbs à Pontifice, sed durante cathedrâ reddebat se parti-
 cipem occisionis Prophetarum; ita potest Roma involvi peccatis
 veterum, Pontifice vel maximè florente, imò supplicia sanctorum
 dictante, urgente, collaudante. Vis lanienam Pariensem? vis
 Catalogos testium veritatis? vis bullas Pontificias? vis furores in
 Imperatores! Reges! urbes! populos! Quæ charta sufficeret?
 Si viveret *Paulus*, an non exureretur Romæ ob cap. 3. & 4. & 8.
 & 13. epistolæ ad Romanos! Et *Petrus* ob caput 2. & 5. sua prio-
 ris & Actor. 4. ac 10. Quæ enim erant *Savanorola* dogmata? (cu-
 jus laudibus ipse *Gretserus* nihil detractum vult, licet credere non
 velit, injustè flammis addictum) Quæ? nisi Pauli & Petri Aposto-
 lorum? in gratuitâ justificatione, per fidem in Christo spem om-
 nem collocandam; unum Christi meritum agnoscendum: :
 communionem sub utraq; specie tuendam &c. Id enim ex medi-
 tationibus *Savanorola*, quas in Psalmos quosdam descripsit, et-
 iamnum patet: Viri maxima auctoritatis, ut ex *Philippo Comineo*,
Caroli 8. ex *Marsilio Ficino*, ex *Guicciardino* teste oculato, ex *Flaminio Italo*
c. 25. & 52. Poetâ satis constat, cujus ultimi sententia hoc epiaphio compre-
 henâ :

pag. 557.
 Mysta Sal-
 mur.

in vitâ
 Caroli 8.
 c. 25. & 52.

Dum



Dum fera flamma tuos, Hieronyme, pascitur artus,

Religio flevit, dilaniata comas,

Flevit, & o, dixit, crudeles parcite flamma,

Parcite, sunt isto viscera NOSTRA rogo.

Jam objectionem sibi proponit Ribera, quam & Cornelius à Lapide re- pag. 406.
petit: At quomodo hoc fieri potest, cum populus Romanus, qui
nunc est, nihil habeat commune cum antiquo illo, præter nomen
& situm urbis: ac multo minus habiturus sit ille, qui erit in fine
mundi? Cui sic satisfacit: Dico urbem esse eandem, & locum illum,
tot sceleribus inquinatum, aliquando hoc igne purgari debere.
Dico etiam multos esse Romæ, qui & nominibus & stemmatis se
ex veterum Romanorum genere esse gloriantur, qui semper nu-
mero & multitudine in eadem urbe crescent &c. Atque tunc ma-
ximè unum corpus censentur, cum veterum facta & scelera imi-
tantur, cujus imitationis causâ eorum filii fiunt, quorum naturâ
non erant filii &c. Transeant hæc; habeat sibi Roma, si vult,
Camillos, Fabios, Tullios, Cæsares; quanquam non immerito
magnus Poëta:

Roma erit in Româ nulla reperta tibi.

Sint illis vitia gentilitia, provincilia, nationalia. Demus Baronio,
Paulum Romanos arguere facilitatis atque superbiæ, quod (ut no-
tat Hieronymus) hæc fuerint peculiaria vitia Romanorum, quæ
etiam Bernhardus exprobrat lib. 4. de confid. ad Eugenium, sic
dicens: *Populus Romanus est. Nec brevius potui, nec expressius tamen
aperire de tuis paracianis, quod sentio. Quid tam notum seculis, quàm
protervia & fastus Romanorum? Gens insueta paci, tumultui assueta,
gens inimitis & intractabilis, & usq; adhuc subdi nescia, nisi cum non va-
let resistere &c. Concedemus etiã plura, si petierint; non heroum
virtutem, sed immania & bestialia potius vitia exprimi à posteris
Romanis. Audiant Poëtam suum:*

Ætas parentum pejor avis, tulit

Nos nequiores, mox daturos

Progeniem vitiosorum.

At bonam illationem desideramus ad hoc novum Riberae
συμπέγασμα. Ergo Roma denuò resorbebit Ethnicismum ante
finem

Tom. I. an.
Christ. 586

Horat. lib.
3. oda 4.

Deut. 12.
31. Jer.
48. 35.

Item c.
18. Quo-
niam per-
venerunt
deccata
ejus usq;
ad Cae-
lum, &
recorda-
tus est
Deus ini-
quitatum
ejus.
407.

finem mundi: sanctior verò hodie est, quam ut dicæ Apocalypse-
os in illam conijci debeant. Hoc, hoc *ἡ δόξα* firmo conse-
cutionis nexu è familijs Romanorum vel moribus inferendum.
Audi deductionem ad absurdum: Si, ut parentum peccata vi-
sitentur ac puniantur in posteris, ejusdem omninò generis peccata
committenda sunt, sequitur Hierosolymam non debuisse à DEO
excindi, nisi iterum idolatriâ Molochi, Melech, Chamus &c. se
inquinaret, quâ Eliæ, Esaiæ, Jeremiæ, Ezechielis, temporibus
se polluerat. At fallum & absurdissimum est posterius. Ergo &
prius. Magno Zelo detestabantur majorum idolamania, ut &
Roma hodie nostra, & Prophetis monumenta exornabant: interim
subtiliori corruptelâ reos se faciebant sanguinis Prophetarum.
Porro novum Cuneum admovent *Ribera*, *Cornelius à lapide*,
Cassius, ex Ap. 16. *Et Babylon magna venit in memoriam ante De-*
um, dare illi calicem vini indignationis iræ ejus. Sed. 1. nulla est
vis consecutionis. DEUS recordatur *Babylonis*, Ergo in eadem
specie peccata præcipitata erit *Roma*, quæ sub *Nerone* gesta vel
Domitiano. Recordabatur DEUS peccatorum *Hierosolymæ* in
excidio ultimo, Ergo nè iisdem planè criminibus erat polluta,
quo regum idolatricorum tempore? ergo nè liberos offerebant
Moloch? & quæ similia erant *Manassis* aliorumq; flagitia. Scio *Ri-*
bera, ubi doleas, ubi manum habeas; mitigabo autem dolorem.
Hæc tua sunt verba: Quare ut *Jerusalem* non esset à Roma-
nis vastata propter vetera scelera, nisi ea postea novis gravif-
simisque cumulasset, cum tempus visitationis suæ non cognovit,
ut ait Dominus, sed ipsum; à quo servanda erat occidit: ita *Roma*
post tot *Idolorum* cultum, post incredibiles superstitiones, post
tot *martyrum* sanguinem crudeliter effusum, maneret usque ad
finem seculi extremum, quia sedes vicarij Christi effecta est, nisi
pristinam illam impietatem novis sceleribus, & immanibus pec-
catis æquatura esset. Concedamus tibi hoc: Omnino *Roma* erit
contaminatissima. Sed tu plus concludis: Ergo *IDOLO MANIA*
GENTILI erit polluta? Hujus sequelæ nondum reddidisti ratio-
nem, Conaris id facere in subsequenti tuâ machinâ novæque
Romæ gentilis constructione. Hic, inquis, legimus: *Cecidit,*
cecidit

cecidit Babylon &c. & cap. 17. Veni ostendam tibi damnationem
 &c. Hæc qui legit (pergis) de illis dicta putabit, qui & ante Johan-
 nem & ejus tempore vixerunt, & est hoc quidem verum: (imò
 non esse verum, supra evici) sed de illis quoque dicuntur, qui ex-
 tremo mundi tempore vivent, & cum eâ fornicabuntur: cap. 18.
 enim ubi de ejus incendio sermo est, hoc scriptum est: Et fle-
 bunt & plangent se super illam reges terræ; qui cum illâ forni-
 cati sunt &c. Vtrum illi lugebunt, qui ante mille & multò plu-
 res annos mortui sunt, an qui nunc (tunc) vivent & videbunt fu-
 mum incendij ejus. Rectè concludis, *Ribera*, idque contra gre-
 gales tuos, imò contra teipsum, qui in hac eadem periodo dicebas,
 verum esse, quod de temporibus Johannis dicta sint illa vaticinia,
 Sed nondum contignationem tuam vidimus gentilis idolatriæ
 veteris Romæ, cum gentilismo novæ tuæ Romæ. Hoc tibi astru-
 endum est, quod nova Roma *ob gentilismum* sit conflagratura. Sic
 igitur pergis: Ex quo etiam manifestè perspicitur, peccata, quæ
 extremo tempore patrabit, omninò similia futura ijs, quæ fecit,
 cum imperium tenebant Imperatores. Unde & de sanctorum
 persecutione illius novissimi temporis eodem modo loquitur
 Apostolus: Exite de illâ &c. Reddite illi, sicut & ipsa reddidit
 vobis: &c. in poculo, quo miscuit, miscete illi duplum. Respon-
 deo 1. Quid ais? manifestè perspicitur? Ergò *Tannerus*, Ergò
Lamparterus, ergò alii collyrio indigent, quod tam claram lucem
 non perspiciunt? 2. SIMILIA dicis patratum iri peccata. At
 nos non de SIMILIBUS, sed præcisè de GENTILISMO qua-
 rimus? Similibus peccatis Hierosolyma sese inquinabat, qui-
 bus vetus illa se polluerat, ut ex Apologiâ vel invectivâ Stephani
 patet Act. 7, 51. 52. an ergò erat cultrix Baalim? interfectrix libero-
 rum suorum? Vides igitur, *Ribera*, te in probandi nisu deficere.
 Concludis: Quoniam igitur dubium non est, Babylonem
 omnis idolatriæ & omnium scelerum officinam futuram esse:
 Si fidem fecimus Babylonem Romam dici, dubitari non potest,
 quin Roma propè finem seculi hæc omnia habitura sit. Et quo-
 niam, dum Christiana fuerit, & Pontifici suo paruerit, hæc illi
 contingere non possunt: necesse est dicere, eam à fide & obædi-
 entia

cap. 18.

E

entia



entia vicarij Christi eo tempore esse defecturam. Resp. 1. Si accurate loqueris, OMNEM idolatriam in Babylone reperiendam, negamus dubium non esse. Neq; tuimet ipsi concedent, simul Deos omnes, simul Diabolum, simul bufones, allium, id est, omnia numina, quæ Ægyptus, quæ India, quæ Babylon amplexæ, cultum iri. Gentilismum Romanum tantum probare debebas; ac ne id quidem, præstitisti. 2. Illud verò μέγα λίαν αἰτημα, tuis tantum dictum, nobis frustra oppositum, quod dum Pontifici paret Roma, incidisse non possit in scelera, flammâ & incendio digna: (Aliud ex Hieronymo supra habuimus:) nec possit etiam ebria esse sanctorum sanguine. Quod tamen à nostris fufissimè suo loco probatum est.

Dico præterea sententiam de Româ, religionis Ethnicæ æmulâ, esse ἄλογον. Nam 1. ipsi Pontificij suis hypothefibus incommodare illam vident, quorum verba sic format Ribera: *Non erit ergo vicarius Christi eo tempore Episcopus urbis Romæ? unde datum hoc sumis? vitiosissime colligis.* 2. Gentilismum quomodo poterit regibus terræ, (decem illis omnem orbem possidentibus,) Roma persuadere? Non enim ab illis suget venenum idololatriæ, sed propinabit ex suo calice. Ut rectè Ribera scripserit: Non dixit, ipsa cum regibus terræ fornicata est, quo verbo significaretur, eam Idololatriam ab illis accepisse, sicut cum Jerusalem dicitur: *Et fornicata es cum filijs Ægypti vicinis tuis.* Et postea: *Et fornicata es in filijs Assyriorum.* Fornicatio Jerusalem (inquit Hieronymus) cum Ægyptijs, idololatriæ eorum imitatio est; Sed reges terræ cum eâ fornicati sunt, quia ejus idolatriam ipsi imitabantur. Quo inquam modo? quibus flaminibus, toti orbi Româ gentilismum propinabit? quibus adhibitis miraculis? quo acinace? An vincet Magogum, Judæos omnes, Indias, & quæ non regna? an sub unum Pastorem coget, Pontificem Ethnicum? itane Judæorum forsitan conversionem expectamus? tantumne absumus ab extremo die? imò ab Antichristo? Hæc enim omnia præcessura putat Antichristi natales, aut fasces certè. Video statuere Riberam, potentiâ, non astutiâ Romam fore seductricem. Sic enim pergit: Ex eisdem intelligitur summa ejus (Romæ) potentia

entia, qua si careret, non fornicarentur cum ea reges terræ &c. An fieri possit, ut armis Roma subigat orbem universum, judicent Reges ipsi, judicent Politici, milites, alij. An quartæ Monarchiæ ratio id patiatur, an non Ecclesia sic statuatur invisibilis, an non nota Ecclesiæ, felicitas temporalis, sic expungatur, ut & Episcoporum interrupta successio, miracula, amplitudo, constitutio in monte, &c. secum quilibet æstimet. An verò Imperium illud *Sanctum Romanum* erit *Imperium*? iterumque abolendum ante Antichristi *Ἰνφάρευαν*; Qui cum ex sententiâ illorum tria cornua deijcere, septem sibi subijcere debeat, quantum temporis præter triennium cum semestri spatio ipsi concedendum? *Ἄλογα πάντα, ἀτοπα ἢ ἀσύστατα*. Vult afferre *σοφὸν φάρμακον Adamus à Conzen*: Cum enim *Pareus* hæc objecisset: Quis quæso hæc per febrim somniet, quadriennio non integro futura? Quos igitur Antichristus mittet Mercurios? qui Judæis, toto orbe dispersis, adventum sui Messiae repente nuncient, persuadeant? Templum scilicet triduo reedificabit, quod Salomon ex omni materiâ præparatâ septemnio absolvere, Zorobabel quadraginta sex annis instaurare vix potuit, Turcam Syria, Persam Oriente, Chamum Septentrione, Præto Johannem Austro universo Antichristus iste quadrimulus momento nimirum expellet. Quid nugacius? Adeone verò Imperatores & Reges Christiani omnes altum stertent, ut simul universi ab uno opprimantur? Itane Papa Romanus cum suis Cardinalibus vigilabit, ut Roma ex Catholicâ Gentilis fiat, Antichristo venienti omnes Christiani temerè manus dent? ô nugas theatricas? secum itaque hoc commentum neutiquam consistit. Hæc inquam cum *Pareus* opposuisset, sic *Adamus à Conzen* retundere conatur: Nemo omnia illa ab Antichristo trienni spacio, & sex mensium facienda somniavit. Nemo tam multa facta quadriennio non integro ascribit. Primò enim erit Cornu parvulum, cum tres reges subjecerit, Judæos asciverit, templum extruxerit, imperium pessumdederit, tùm verò tot victorijs exaltatum cor ejus loquetur magna. Alexander non nisi multis victorijs inflatus DEUS esse voluit: tùm sæviet illa persecutio, cum potestatem firmasse videbitur; nam initio & progressu, opus est opinione cle-

Coronide
jubilorum
p. 209.

mentia. Antiochus ipse primo sexennio egit minus tyrannice,
 nam etsi crudeliter Jerosolymam habuit anno sexto regni, non-
 dum tamen fastigium malitie conscendit, nam & ob necem
 Onia flevit, recordatus defuncti sobrietatem & fidem, & mor-
 tem ejus vindicavit. At anno octavo serio typum Antichristi
 egit, & omnia violavit: itaq; desolatio illa ab octavo Antiochi an-
 no est inchoanda, non a regni exordio; pari modo Antichristi
 crescentis, & in culmine constituti tempora distinguenda sunt.

Ex quibus liquidò constat, Pontificios jam Antichristo *plus*
temporis concedere, *quam tempus, tempora, & dimidium temporis.*
 Antequam verò ad culmen conscendat, quot annorum centuriz
 requirentur: Et unus tamen homo sufficet? Quotulam orbis
 partem *Antiochus* vel *Alex. M.* vix benè multis annis subegerunt?
 At dolo faciet? specie clementie utetur? Imò vi dejiciet saltem
 tria cornua. Tu septem reliquos reges sponte se illi submissuros
 putas. Quo exemplo? an non tùm temporis invaluisset ipsa ty-
 rannis? ubi ex ædificatio templi *Hierosolymitani*? Itanè totus orbis,
 quem modò faciebas *Ethnicum*, ex Romanæ Thaidis scypho, re-
 pentinà metamorphosi *Judaicus* erit? Non coherent hæc. *No-*
vissima jam hora est, 1. Johan. 2. v. 18. finis omnium appropinquavit, 1.
Petr. 4. v. 7. fines seculorum in nos devenerunt 1. Cor. 10. v. 11. non pa-
timur nos abduci ad nebulas pietas in pariete, cum Babylonem ni-
mis quàm evidenter oculis obversantem habeamus.

V.

An ergò Roma Papalis, qualis hodierna est, per Babylonem
depingatur penicillo Apocalyptico?

Illud non à Luthero primùm fuit ebuccinatum, sed longè an-
 te illius plenam & faustam proclamationem ab aliis præcentione
 usurpatū fuit. E.g. superius adduximus, ex *Aventino, Eberhardi Sa-*
lsburgensis Archiepiscopi orationem, in Comitiiis publicis habitam.
Flamines illi Babylonia 1. Soli regnare cupiunt &c. 2. Non desistent,
donec omnia pedibus suis proculcârint, atque in templo Dei sede-
ant, extollanturq; super id quod colitur &c. 3. Perindè ac si Deus
foret, esse cupit. 4. Ingentia loquitur, quasi verò Deus sit. Nova
confi-

consilia sub pectore volutat; ut proprium sibi constituat imperium &c. Ad haec, possunt aliorum voces liberæ. *Georgius Heimburgensis* ante hos ducentos annos (an. 1434.) tempore concilii *Basiliensis*, Papam ejusque Synagogam subinde nominat *Babylonem & Babylonicam meretricem*; jubet omnes ab eâ exire; facitque multas antitheses Christi & Papæ; in libello, quem *de Primatu Papæ* scripsit. *Michael Casenas*, Minoritarum Generalis, Papæ Ecclesiam perstrinxit, ut *Babyloniam* sanguine piorum ebriam; duas esse Ecclesias, alteram impiorum florentem, in quâ Papa regnet; alteram afflictam piorum: veritatem ferme penitus extinctam esse. Hunc fatetur *Gretserus* multa in Papam *Joh. 22.* probra effutuisse.

Exam.
cap. 58.

Wilhelmus Aurifaber ante trecentos annos Papam Antichristum, Romam *Babylonem*, & prælatos membra *Antichristi* exclamavit. *Johannes de Rupe* scisâ Ecclesiam Romanam esse meretricem, Papam Antichristi ministrum, Cardinales Pseudoprophetas pronuntiavit. *Waldenses* inter alios articulos hunc etiam professi sunt, quod Ecclesia Romana non sit Jesu Christi, sed Ecclesia malignantium, & quod defecerit à *Sylvestri* temporibus, cum venenum temporalium in Ecclesiam infusum est: & facta sit illa meretrix in *Apocalypsi*. *Waldenses* inquam, qui tot infandis persecutionibus deleri aut in pauca regna constringi non potuerunt. Non igitur unius scriptoris, Regis, Principis, sed integrarum Ecclesiarum illa fuit confessio: licet ex omnibus erroribus eluctari *Waldenses* non potuerint. *Wilhelmus Parisiensis* piscopus, in libello suo de collocaione beneficiorum, peccata Prælatorum ac Sacerdotum dicit non simpliciter peccata esse, sed peccatorum monstrum terribilissima, eos non Ecclesiam sed *Babylonem, Egyptum & Sodomam* esse: Prælatos non ædificare Ecclesiam, sed destruere ac Deo illudere. *Leodiensis Ecclesia* Romam vocat *Babylonem*, eamque à *Petro* sic Prophetico spiritu vocatam esse dicit, quod Romanis turbinibus & procellis Ecclesia esset perturbanda. Quin imò de *Ethnicâ Româ* non accipienda esse vaticinia his verbis fatetur: Hactenus interpretabar, ideò voluisse *Petrum* per *Babylonem* signare Romam, quia tunc temporis Roma confusa erat idolatriâ & omni spurcitiâ. At nunc dolor meus mihi interpretatur, quod

Confer
Catalog.
veritatis.
D. Ægid.
Hunn.
pref. de
Eccles.
D. Matth.
Höe in c.
14. & 17.
Apocal.

V. vol. 2.
Conc. edit.
Colon. ap.
Quiritel.
pag. 809.

Petrus Prophetico spiritu, dicens Ecclesiam in Babylone collectam, praevidit confusionem dissensionis, quam hodie scinditur Ecclesia. Hæc Leodienses: Hæc alii magno numero. Adde quæ *Auctor operis Ecclesia cap. 39. §. 7.* quæ *Fran. Petrarcha* in epp. lamentatur. Quid quæso respondent ad hæc testimonia Jesuitæ, jam ante Lutheri tempus in tabulas relata? Anxiè perquirenti exceptiones illorum responsorias, hæc ferè apparent effugia: Auctor ille 1. mendacissimus est, 2. hostis Papæ fuit, 3. à partibus Cesarum stetit, 4. impetrare fortassis in aulâ Romanâ, quod voluit, non potuit 5. mores tantum carpit, non doctrinam: Cathedræ vitia, non Cathedralam: 6. non vixit seculo illo, quo gestæ sunt res, de quibus scribit. Sic ut unum vel alterum exemplum demus; *Aventinum* virum tantæ auctoritatis, in tantâ luce versatum, ad tot archiva Principum admissum, reprobant tamen, ut testem fide minus dignum. Ita

p. 374. ed. *Bellarminus in appendice ad libros de summo Pontifice cap. 10.* Sexto loco (ait) producit (anonymus quidam Italus) ad medium verba quædam Episcopi Salisburgensis, quæ ap. Joan. Aventinum extant. Sed ea neminem movere debent, cum Joan. Aventinus auctor sit parum probatæ fidei, & non sine causâ illa omni, in odium Pontificum, vel finxisse vel amplificasse credatur: nihil enim tale extat apud alios Historicos, ac ne apud ipsos quidem Germanos, *Wymphelingium*, *Cranzium*, *Nauclerum*, qui eandem historiam literis consignârunt. Hæc, prima est *Bellarmini* exceptio. Cui 1. gratias agimus, quod ingenuè fatetur, *Aventinum* ista habere, non à nostris conficta esse, non in quibusdam exemplaribus desiderari, vel in dubium vocari asterismo aliquo. Sufficere enim potest ad institutum, fuisse in publicis monumentis, *Romanam Papalem esse Babylonem Apocalypticam.* 2. respondemus ad illud, quod silentium hac de re sit in aliis historiographis, negando consequentiam. An quia solus *Matthæus* habet verba illa: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, c. 28. v. 19.* ideò in dubium illa cum *Photinianis* nonnullis vocabis? 3. Vel quia solus *Johannes* historiam adulteræ c. 8. habet, suspectum tibi caput illud erit? Quoties Lutheri vos allegatis historiolas, quæ præter *Cochlæum* vel *Staphylum* nemo! An non in mentem venit illud, testes

11
 241
 p. 374. ed.
 Colon. A-
 grip. an.
 1615.

testes negativos nihil probare? 3. Nec ignota jam orbi est Christiano *νοβεία* vestra, quod ē libris eradere non erubescitis, quæ vobis adversa sunt. Negatis? Imò convicti confessiq; estis. Loquuntur id Indices Expurgatorii, testantur & accusant vos codices castrati, prostat tractatus Gretseri, satis spissus, quo moris hujus, seu juris Ecclesiæ, ut loquitur, patrocinium suscipere non veretur. Ac quasi re benè gestâ triumphum sibi canit, & anathema suspendit, in Mystâ Salmuriensi: Bonos alioqui ac Fructuosos libros à nævis & zizaniis expurgare semper licuit, semperq; licebit; licet frendeant & tabescant Novatores. Quod Ecclesiæ jus propriis libris à me defensum, & ab Hæreticorum calumniis vindicatum est. At verò, Gretseri, proprio indicio tanquam forex te prodis, quod & novator sis, & veterator. Novos enim orbi Christiano libros procudis, sed veteratoriè mutilatos. Ubi fides! ubi pudor! Hoccinè jus sit Ecclesiæ! turbare historias, truncare auctores ad lubitum, demere de aliorum libris falce falsariâ, Confessionum paginas lacerare, ac pro integris tamen orbi obtrudere! Cujus Ecclesiæ? nisi Babylonis nostræ; secundum viam mulieris adulteræ, quæ tergens os suum, dicit: Non sum operata malum, Prov. 30. v. 20. *Recognosce verba tua*: Nec à ratione alienum est, mandare, quod Pius V. fecit, ut ex Decii monumentis nævus iste auferatur; quem ipsemet Decius, si ad posteriora tempora vitam prorogasset, ablaturus fuisset, utpote pulcerrimorum alioqui operum dedecus ac probrum. At verò à ratione ac fide saltem politicâ debebat alienissimum esse, lectoribus fucum facere, ac quod scriptum est, negare scriptum esse. Interest totius posteritatis, novisse, quid Patrum memoriâ gestum sit. Hanc susq; deq; habere, imò decipere, non nisi illi potest cum ratione convenire videri, qui frontem gerit meretriciam. Sermo noster sit; Est est, Non non; quod excedit, à malo est. Jam in alios culpam derivas: Indices expurgatorios, ais, aliquæ provinciæ sibi curarunt, ut ex Auctoribus alioqui non inutilibus, inutilia vel noxia & pernicioosa assumenta tollerentur. 1. Sine Prælati suis id nulla Provincia audeat; hi ergò magis in culpâ sunt; cæci cæcorū duces: 2. non assumenta, sed cor, sed medullam librorum petitis, 3. nec quod inutile vel

*Ingolsta.
dii 1603.*

pag. 552.

*pag. 564.
Examin.
Mysterii.*

pag. 499.



vel noxium est κατὰ δόξαν vestram, tale protinus est κατὰ ἀλήθειαν. Zizania prætexitis, sed triticum evellit. 4. aliud, quàm falsationis, erat medium succurrendi simplicioribus; Compendiorum videlicet seu Epitomarum compositio, (ut Justinus abbreviator Pompei est) salvis interim ipsis auctoribus, & voluminum auctoritate. Sed de his plura suo loco. Ad *Bellarminum* nobis redeundum est. Sic autem virgulam suam censoriam in *Aventinum* stringere pergit: Deinde licet historia ab *Aventino* verè conscripta esset, illud tamen in dubium revocari non potest, quin Episcopus ille hostis acerrimus fuerit Gregorii IX. Pontificis, & contra Friderico II. Imperatori addictissimus; cùm autem ob discordiam illam inter Pontificem & Imperatorem omnia bello arderent, & factiones illæ Guelphorum & Gibellinorum tunc primùm exortæ, quasi rabie quadam accensæ furerent, qui Pontifici favebant in Fridericum, & qui Fridericum sequebantur, in Pontificem omnia convitia & maledicta jaciebant, quæ in mentem venire ullo modo potuissent &c. Sed 1. unde probabit *Bellarminus*, Episcopum illum fuisse hostem Pontificis? Sanè si Politicus, & ab officiis Imperatori fuisset, verisimilitudinis posset Criminatio habere speciem; at Episcopum, Papæ multis modis obstrictum, Imperatori adulari maluisse, quàm juramenti, officii ac veritatis rationem habere, non præsumi, sed probari debet. 2. Ita & *Bernhardus*, ob gravissimas commone factiones, quibus in ordinem vult redigere *Eugenium* Papam, hostis Pontificis declarandus esset: & *Nicodemus* hostis Cathedræ Mosaicæ fuisset proclamandus, & Evangelistis fides abroganda, propterea, quod consiliis Pontificum obstiterunt. 3. Neque nuda est assertio Episcopi, sed probatio adjuncta, ut ex textu patet; cui Friderici ipsius adjungi possunt Epistolæ. Quæ responsione in fumum etiam rediguntur stomachabundæ *Gretseri* debacchationes in *Aventinum*; Nec oratio, quam *Cataphracticæ* Turmæ Ductor (*Plessæum* intelligit *Gretserus*) ex lib. 7. *Aventini* exscripsit, ab *Eberhardo* Episcopo *Salisburgensi* prolata est, sed ab *Aventini* mente, & calamo fluxit, qui si *Eberhardi* loco fuisset, hæc eadem forsitan atrociora, exspuisset. Quanti hujuscemodi declamationes faciendæ sint, perspicuè prodit ipse stylus, ipsa acerbitas, & fel-

pag. 374.

pag. 430.
Exam.
myst.



& felleus hodiernæ hæreseos genius &c. Idem *Gretserus* p. 474. At jam sæpè dixi; *Aventini* fidem & auctoritatem apud nos, omnesque, quibus cor, quàm palatum, plus sapit, vacillare; nam quæ ipse corde suo circumferebat, ea in chartas relata, alijs attribuebat; aliorum pectora candida ex suo livido æstimans. Id, hic itidem factum circa Bullam *Johannis XXII.* contra *Ludovicum*; nam quis stylum, genium & ingenium *Aventini* in illo Diplomate non agnoscat? scilicet *Johannes XXII.* ut *Aventinus*, scripturus erat; aut *Aventinus* *Johannis* Secretarius fuit tanto post natus. Si *Aventinus* sibi volebat fidem haberi, cur *Johannis* Bullam ipsiusmet Pontificis verbis non repræsentavit? Non magnum utique periculum *Annalibus Boicis* à barbarie impendisset, licet eis Bullam Pontificiam inseruisset. Non nego, *Ludovicum* à *Johanne* excommunicatum; & quidem per Bullam; illud infior, *Aventinum* bullæ sensum sincerè retulisse. Errasse me fatebor, si quis ex ipso authentico Diplomatis exemplari, falsitatis me redarguerit. Idem meum judicium est de reliquis, quæ ex eodem *Aventino Plessæus* recitat. Similia passim *Gretserus* de *Aventino*. p. 433. seq.
 Nec civilius tractat *Sigebertum*, (ut taceam *Marsilium Patavinum*, pag. 479.
Matthæum Parisium, *Petrum de Vineis*, *Gregor. Heimburg.* *Joannem* pag. 84.
de Wesalia, &c. & cui parcat?) Non abnuo, (inquit, pag. 374. *Mystæ* pag. 428.
Salmur.) *Sigebertum*, pro conditione ejus ævi, eruditum fuisse. At pag. 430.
 quorsum scientia, si abutaris? Quorsum scientia, si follis instar in- pag. 544.
 fleris? Fallax gratia sermonis, & vana est pulcritudo eruditionis, nisi intra virtutis cancellos contineatur. Neque *Sigebertus* scriptionibus suis contra *Gregorium VII.* & *Paschalem II.* cuiquam mortalium plus obfuit, quàm sibi; has enim infames Vigilias nemo bonus unquam aut laudat, aut laudavit, aut laudabit. Hujusmodi dicteria passim in *Sigebertum* conycit, tantæ existimationis virum, ut *Platina* cum *Bernhardo* componere non vereatur, seculumq; tanto viro beatum prædicet, citante ipsomet *Gretsero*, quam judicium judicij expers criminante. Sed & *Bellarminus*, *Sigebertum* ita flagellat; in recognitione librorum de summo Pontifice: pag. 507.
 Eodem libro (2. de summo Pontifice) & cap. (29.) §. Respondeo illud *Gregorii*, Admisi duos Canones ex *Gratiano*, dist. 63. Videlicet
 F Cano.

453.

454.

p. 433. seq.

pag. 479.

pag. 84.

pag. 428.

pag. 430.

pag. 544.

pag. 507.

Canon. Adrianus, & can. In Synodo, Sed, Cardinalis *Baronius tom. 9. Annalium ad annum Domini 774.* probat hos Canones non videri legitimos, tūm quod eos Gratianus non aliunde collegerit, nisi ex Chronico *Sigeberti*, qui Pontificibus fuit infensus, tūm quod contrarium ex aliis auctoribus colligatur. *Baronius* prolixus est in *Sigeberto* taxando, & Epitomator ejus *Spondanus* Baronii patrocinium suscipit contra *Goldastum*, vel potius à *Gretsero* susceptum memorat ac commendat. Capiamus autem ex hoc exemplo insigne documentum, quomodo historiae fieri possint ambiguae, quomodo à posteris in dubium vocari possint. Fatentur Jesuitae, (*Gretserus*) 1. juris esse, libros mutilare: saltem aliquos; indices enim expurgatorios negare neque cupit, neque, si cuperet, posset, 2. jus hoc, morem hunc, in Ecclesiâ semper fuisse. 3. Sed & integros libros tollere tūm juris videri ipsis, tūm moris esse. Jam cum ex historicis cum ipsis agendum, ideò in dubium vocant testimonia, quod ab hoc vel illo tantum prolata. Quod si verò convicti sunt & confessi, quod Acta corruerint, ex quibus cum ipsis agendum, E. g. *Guicciardinum*, *Bertramum* alios, an non causâ ceciderunt? an non damnandi malae fidei? quam de posteritate merentur gratiam? quam sibi famam conciliant? Certè non transponendos esse terminos seu fines patrum, divina vox est; & an non duplicem illam maledictionem incurrant isti, quae est *Deut. 27. v. 17. 18.* Maledictus, qui movit terminum proximi sui: & dicet totus populus, Amen; Maledictus, qui facit, ut caecus erret in viâ, & dicet totus populus, Amen; Ipsi viderint. *Sigebertus* tantae auctoritatis fuit, ut ipsum Decretum Juris Canonici duos ex ipso Canones desumeret, qui sudes sunt in oculis Jesuitarum, cum multis nominibus adversentur Papae, & ejus usurpationibus. Ita autem habent: *Can. 22.* (cujus summarium: *Imperator ejus habet eligendi Pontificem.*;) *Hadrianus* Papa Romam venire *Carolum* regem ad defendendas res Ecclesiae postulavit. *Carolus* verò Romam veniens *Papiam* obsedit, ibiq; relicto exercitu in sanctâ resurrectione ab *Hadriano* Papâ Romae honorificè susceptus est. Post sanctam verò resurrectionem reversus *Papiam*, cepit *Desiderium* Regem, deindè Romam reversus, constituit ibi Synodum cum *Hadria-*

De ante.

De jure & more & c.

De Bertramus; Una hirundo non facit ver. Guicciard. insignis loci plagium vide Cent. 16. Wolffii p. 164.

Hadriano Papa in patriarchio Lateranensi, in Ecclesiâ sancti Salvatoris: quæ synodus celebrata est à CLIII. Episcopis, religiosis & abbatibus. Hadrianus autem Papa cum universâ synodo traderunt Carolo ejus, & potestatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem. Dignitatem quoque patriciatus ei concesserunt. Insuper Archiepiscopos & Episcopos per singulas provincias ab eo investituram accipere diffinitur: & nisi à rege laudetur, & investiatur, episcopus à nemine consecretur, & quicumque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodavit, & nisi resipisceret, bona ejus publicari præcepit. Hujus generis & subsequens est *Canon. 23. cujus rubrica: Electio Romani Pontificis, ad jus pertinet Imperatoris.* Negare non possunt, in Canonicum jus relatos esse hos Canones; neque hoc inficiantur, ipsum Gratianum retulisse; sed neque tertium declinant, ab aliis piis Ecclesiasticis tractatoribus creditum fuisse superioribus temporibus. Verum obtendunt *Gratianum* nimis credulum, hanc imposturam *Sigeberti* totidem verbis exscripsisse. Imposturam? quomodo probatum eunt? Quod à *Sigeberto* scripta sint illa (de Carolo, Papiâ captâ, Romam reverso, ubi in Synodo 153. antistitum ab Hadriano Papâ celebratâ, jus eligendi Romanum Pontificem & investiturâ Archiepiscoporum atque Episcoporum per singulas provincias acceperit) non nisi post trecentos triginta octo annos, nempe anno Domini 1112. nullo penitus antiquioris ævi auctore conscio, ne ipsis quidem, qui vitam Caroli, vel qui per annos singulos res ab eo gestas, omnesq; hábitos conventus quàm diligentissimè scriptis tradiderunt. Quis *Baronio*, *Bellarmino*, *Spondano* non assentiatur, & *Sigebertum* diris devoveat? Quis non *Gratianum* exhibeat? & mundum ante *Baronium* cæcum fuisse profiteatur? At verò, *Baroni*, hæc ipsa consequentia tibi negatur è supra adductis vestrorum Confessionibus. Taceo, quod assertioni tuæ (à Solo *Sigeberto* scripta, imò conficta illa esse) oppositus est 1. *Walthramus Naumburgensis*, qui in libro de Episcoporum investi- pag. 115.
turâ idem habeat, quod *Sigebertus*, tribus ante *Sigebertum* annis. *Pap. Rom.*
2. *Eutropius Longobardus*, circiter ducentis ante *Sigebertum* annis,
in libro de statu Romanorum sub Græcis & Francis. 3. *Paulus*
F 2 Dia.

Diaconus, qui rebus gestis ipse interfuit & à *Carolo* captivus abdu-
 ctus est. Silentio alios etiam historicos prætereo, quorum testi-
 monia vel non vidit vel dissimulavit *Baronius*. Quæ verò conse-
 quentia est, inquam, *Baroni*; *Sigebertus* solus scripsit, Ergo falsum?
 cum tui jam sint confessi, moris fuisse inter vestros, libros vel trun-
 care vel supprimere. Sed de *Sigeberto* satis; *Aventino*, quem, cita-
 tum in *aureo Electorum Principum Protestantium libro*, vindicare vel
 maximè opus, nondum satis. Ejus fidem in dubium vocari à *Bel-*
larmino & *Gretsero* audivimus, quibus *Tannerus* succinit in *Anti-*
christo præscripto, infidum & malæ notæ Historicum, ipse pessimi
 commatis & perfictæ frontis, vocitans; ut & *D. Jacobus Reihin-*
gius, dum adhuc à Jesuitarum staret partibus, fatente ipsomet, Ich
 hab: ihn (*Aventinum*) als einen gar zu jungen / parteijischen / Unca-
 tholischen / vnd zimlich bekandten Sabelschreiber pag. 1155. zu einem Zeu-
 gen nicht zu lassen wollen. Sed rectè mentem suam correxit egres-
 sus è Babylone Pontificiâ Apocalypticâ. Quærit enim ex se ipse,
 cur *Aventinum* rejecerit, ac suspectum reddiderit! Warumb? weiln
 er wider den Pabst die warheit gesagt hat. Also sein die Jesuiten be-
 schaffen / daß wer wider den Pabst im geringsten ist / oder redet / der muß
 ihnen gar zu Jung / Unecatholisch / ein Sabelmans seyn. Warumb
 daß? Weiln sie nicht allein / wie andre Mönch vnd Pfaffen / sondern
 durch ein sonders votum dem Thier geschworen / sein Reich vnd Glori
 zu schützen / vnd handzhaben. Also ob man schon andre Zeugniße
 einführete / (wie solches die vnserere oft außführlich gethan /) würde
 es doch alles bey ihnen nichts verfangen / vnd müsten die Auctores /
 als vngenugsame Zeugen / dahinden stehen / vnd von ihnen verworffen
 werden. Darumben seind keine Proben dieses Orts besser / als die
 auß *H. Schrifte* / so wohl wider allerley Irrthümben des Pabst / als wis-
 der seine vnrecht angemasten / tyrannischen Gewalt / geführet / vnd des
 AntiChristi Keñzeichen / wie sie in *H. Schrifte* beschrieben / am Pabst
 zu Rom aber Augenscheinlich erfüllet worden. Nec sufficit impudens
 negatio, quam *Lamparterus* reponit; Dem ist also / Er (*Aventinus*)
 ist weder ein guter Christ / noch ein guter Geschichtschreiber gewesen /
 (Proba vero, *Lampartere*! An testis tuâ diffamatione illicò infa-
 mis?) Nicht wegen der warheit / welche er geschrieben / werffen wir
 ihn

præscr. 5.
 pag. 89.

Lca
 Re tract.
 p. 899.

Goldwa.
 ge p. 844.

ihn weg/ wie Reithing sagt / sondern wegen der lügen. (Hic proferre debebas mendaciorum specimina, sed ne unum vel verisimile tantum adducis. Sic enim pergis:) Wir thun daß auch nicht wegen des sonderbahren Gelübds &c. Sondern weil er *Aventinus*, auch in weltlichen Geschichten nicht Zeugniß genug ist. Stellet mir heilige Vä-
 ter/ Concilia, Christliche Könige / vnd Keyser / vnd gesunde Scri-
 benten für/ welche bezeugen/ der Pabst sey für den Antichrist gehalten worden/ vor der Praedicanten zeit &c. 1. Mera hæc & meretricia est
 testium, sine ullo colore probabilitatis, reprobatio. Ideò scilicet
Aventinus erit intestabilis, quia tu bilem habes! Utinam & fron-
 tem, *Lampartere*, haberes? Itanè circumvenire licet justum, quoniam
 inutilis est vobis, & contrarius operibus vestris? Gravis est vobis etiam
 ad videndum, quia dissimilis est aliis vita illius &c. 2. Cur *Aventino*
 boni Christiani nomen abrogatum is, qui *Ingolstadii* & *Lutetia Pa-*
risionum in studiis vixit, Præceptoribus usus *Jacobo Fabro Stapulensi*
 & *Jodoco Clichtoveo*? qui *Vienna* cum *Conrado Celte*, primo inter
 omnes Germanos Poetâ Laureato, *Johanne Stabio* Casaræ Ma-
 jestatis Mathematico, *Johanne Cuspiniano* Imperatoris Oratore,
Joachimo Vadiano &c. familiariter vixit? qui *Monaci* Illustris.
 Principum *Ludovi* & *Ernesti*, fratrum, *Bavariæ Ducum*, Præceptor
 constitutus, ac in *Italiam* cum *Ernesto* profectus fuit? qui auspiciis
 ac sumtibus trium *Bavariæ Ducum*, *Wilhelmi Ludovici* & *Ernesti*
 opus *Annalium* conscripsit? Vides igitur, *Lampartere*, quod ma-
 gnæ fidei & auctoritatis semper *Aventinus* fuerit, cui crediti Prin-
 cipes, cui demandata scribendorum *annalium Cura*. Numnè
 viro minùs Christiano tam *Catholici Principes* tantum opus
 commiserunt? Lucent igitur hi *Annales* splendore *Catholicorum*
ducum; quem ferre non potest tenebris. Vides non fuisse nostris
 addictum castris, sed in vestris *Ecclesiis* natum, in vestris educa-
 tum *Academiis*; unde pro $\omega\mu\omega\psi\eta\phi\omega$ in fide agnovit ipsum *B. Rhe-*
nanus, nec non *Matthæus Mareschallus* & *Cunradus Adelman* ab *Ad-*
delmansstelden / *Canonici Augustani*, qui literis honorificentissi-
 mis ipsum dignati an. 1526. die 10. Dec. inter cætera sic scribunt:
 Cupimus avidissimè, ut tuas lucubrationes *Historicas* edas ali-
 quando, ac pro patriæ communis decore diutius latere non per-

Sap. 2. v.
12. 15. seqq.

Hieron.
Ziglerus
in vitâ A-
ventini.

Nat. ann.
1466. de-
natus 1533.

Zigler. in
vitâ Aven-
tini.

mittas. Quin miramur etiam vehementius, cur partum illum tu-
um egregium patriæ non pepereris. Te igitur plurimum rogamus,
ut illius nos tandem participes facias, &c. INTELLIGIMUS,
QUAM RELIGIOSE HISTORIÆ LEGEM, ID EST, VERITA-
TEM IN SCRIBENDO SERVAVERIS 3. Et cur ne in politi-
cis quidem testis partes sustinere possit, *Lampartere*? Quæ proba-
tio? imò quæ saltem præsumtio? Audis testimonia duo Canoni-
corum? An non consistit in hoc ore gemino veritas? imò an non
sine his testibus præsumatur *Aventinus* bonus, donec tu probave-
ris contrarium? Sed & tertium adjungo testem, num vel tan-
dem rubore suffundi velis cum consecratis tuis. Sic *Ziglerus*, qui,
Illustrissimi Principis ac Domini, Domini *Alberti*, Palatini Rheni,
utriusq; Bavariæ &c. Ducis consensu, *Annales Aventini* à Celsitu-
dinis suæ Consiliariis de novo exscribendos atque prælo apparan-
dos accepit, de *Aventino*: O vir recti exempli, cujus laudem ad a-
stra extollere verè deberemus! qui tanto ardore ANTIQUITA-
TUM indagator fuit, quanto nullus alius nostro ævo &c. En,
Lampartere, testes; en auctoritatem Catholicorum Principum,
& Consiliariorum. Et tu quâ fronte, quo jure secus judicas! Po-
terat *Aventinus* ab Illustriss. Bavariæ Ducibus, ad quos direxit li-
teras præfatorias, mendacii redargui, si falsò de se jactasset, quod
pro virili parte laboraverit, multa tulerit, fecerit, sudaverit, alserit,
totam Bojariam perlustraverit, omnia contubernia Sacerdotum
penetraverit; scrinia, BIBLIOTHECAS PUBLICAS OMNES
curiosius perscrutatus sit; libellos, codicillos, donaria, commen-
tarios, fastos, *Annales* omnium gentium, diplomata, instrumenta
PUBLICA ET PRIVATA evolverit; signa, sacra, lapides, tro-
phæa, epigrammata sepulcrorum, picturas, inscriptiones, titulos,
templa, OMNIA deniq; ANTIQUITATIS MONUMENTA ex-
ploraverit, atque perspexerit, nihil intactum, nihil intentatum
reliquerit; omne genus Scriptorum excusserit, omnes penè an-
gulos perreptaverit &c. bonam partem ætatis, patrimonii, vale-
tudinis, perlustrando Germaniam, Gallias, Italiam, Sarmatiam,
Pannoniam, exhausserit &c. Et quis in faciem Illustrissimorum
Principum mentiri potuisse credat *Aventinum*, cum sic in epist. De-
dic.

dic. illos alloquitur : *Tertius jam agitur annus, Principes Illustrissimi, dum MANDATIS VESTRIS PAREO, dumq; tam religioso, tam memorabili vestre pietatis desiderio atque proposito satisfacere & respondere summâ ope studeo atque nitor. Cum enim EGO POTISSIMUM DELECTUS & ob hoc LIBERALI PERPETUO QUE STIPENDIO condonatus fuerim, ut Bojorum clarissima quaq; facinora, LITERARUM ÆTERNITATI commendarem; non committendum putavi, quò aut EXPECTATIONEM MEI fallerem, aut sumtus impensevé perderentur.* Hæc in tantâ luce totiusq; orbis conspectu *Johan. 3. v. 20. 21.* *Aventinus, qui tamen à luce non redargutus fuit, quia opera ejus bona: juramentum etiam additurus, si opus fuisset, quo Johannes Stella, Sacerdos Venetus, Chronicon suum claudit, multa plurimorum Paparum pessima facta recensens: FATEOR ATQUE DEUM MEUM TESTOR, ME NON FALSA SCRIPSISSE.* Cætera quæ petis, *Lampartere*, dudum à nostris sunt præstita, datiq; testes omni exceptione majores, quod Papa fuerit proclamatus Antichristus. Adi, sis, *Evangelicæ Pupillæ Vindicias Saxonicas*, si non vis alia singularia scripta *D. Lutheri, D. Hunniæ utriusq;, Parentis & filii, D. Hosi, D. Gerhardi, D. Balduini, (Höpneri utriusq;, D. Heinrichi & D. Johannis,)* aliorumq; plurimorum. Unum, coronidis loco, addam. *Francisci Petrarchè* tanta est auctoritas, ut neque Schismaticum, nec Papæ hostem, nec Imperatoris alicujus Oratorem, multo minus adulatorem, proclamare audent, sed nec mendacii arguere, aut supposita scripta causari velint. Florentinus natione fuit, Parmensis Archidiaconus fuit, seculi sui lumen fuit. Non in æstu contentionum scripsit, non ob repulsam aliquam è Curia Romanâ Satyras concinnavit. Fatetur ipse *Bellarminus, Petrarchè* nihil unquam à Romano Pontifice ambiisse, & oblatum etiam Episcopatum constantissimè recusasse; quod ex variis ejus epistolis cognosci possit. Et sperat *c. 21. p. 381. 382.* *Bellarminus, Petrarchè* cœlesti gaudio perfrui: Equidem arbitror *Pœnitentiã intelli-* (ait) spiritum ejus (*Petrarchæ*) in cœlesti Hierusalem, ut ex ejus *git ob car-* pœnitentiã piè confido, cum Deo conjunctum &c. Quid autem *mina a-* *Petrarchæ* de Babylone Apocalypticâ! Hic non è *Carminibus ad-* ducam testimonia (quæ adeò pupugerunt cor *Pii V. Pontificis, ut* *tria matoria.*

ibidem. tria ejus Cantica abradi jusserit, fatente ac excusante *Bellarmino*;) quæ fatyricè congesta esse, vel ob potestatem Poeticam quælibet audendi suspecta videri poterant. Ex *Epistolis* ejus subtexere quædam juvat. In summâ, inquit, scito, non modò hunc, sed ne Ciceronianum quidem calamum rebus parem: Quicquid de Assyriâ vel Ægyptiâ Babylone, quicquid de quatuor labyrinthis, quicquid denique de Averni limine, deq; tartareis sylvis, sulphureisq; paludibus legisti, huic Tartaro admotum, fabula est. Hic turricificus simul atque terribilis Nemrod, hic pharetra Semiramis, hic inexorabilis Minos, hic Rhadamantus, hic Cerberus universa consumens, hic Tauro supposita Pasiphaë, mixtumq; genus, prolesq; biformis Minotaurus inest, Veneris monumenta nephanda, hic postremò quicquid confusum, quicquid atrum, quicquid horribile usquam est, aut fingitur, aspicias: O semper virtutibus tuis felix, nunc absentia etiam felicior tuâ: putasne civitatem hanc esse, quam vidisti? Longè alia est, longè dissimilis. Fuit illa equidem omnium pessima, eaq; tempestate fœditissima: hæc verò non jam civitas, sed larvarum ac lemorum domus est, & ut breviter dicam, scelerum atque dedecorum omnium sentina, atque ille viventium infernus, tanto ante Davidico ore notatus, quàm fundatus aut cognitus. In decimâ tertiâ epistolâ idem Petrarca scribit: Insignis illa Christi aula, illa olim arx divini cultus eximia, nunc tandem, peccatis nostris id agentibus, cœlesti auxilio destituta, immanium spelunca latronum facta est, & uno quidem fonte descendit origo mali, accedunt fontes alii minores, ex quibus ingens omnimoda miseriæ flumen exæstuat, quo necesse est propediem pereamus, supremisq; malorum obruamur fluctibus: ac nisi humanæ perfidiæ divina pietas occurrerit, triste naufragium patiatur Ecclesia. Quàm verò diversi mores, quàm diversa ædificantium & evertentium mens: Provideat domui suæ Deus omnipotens. Video quidem eminus, sed prohibere non valeo, quominus videre renuo artificium hoc sævum & infame, quo Ecclesiasticus iste Dionysius, nostras vexat ac spoliat Syracusas. Hæc *Petrarcha*. Quid verò aliud dicere voluit, quàm adeò perditam esse curiam Pontificiam, ut, nisi à Christo ipso, nulla sit expectanda emendatio, Planè ut olim

olim Johannes Sarisburiensis, Episcopus Carnotensis: *Sedent in Eccl. Ann. 1150.*
clesia Romanâ (NB non de urbe, ut excipere solent, sed de Eccle. *in Polycra-*
siâ loquitur) *Scribe & Pharisei, ponentes onera importabilia in hume-*
ros hominum. Pontifex magnus, omnibus gravis ac penè intolerabilis
est &c. Qui ab eorum dissentit DOCTRINA, aut HÆRETICUS
judicatur, aut SCHISMATICUS. Manifestet ergo seipsum Chri-
stus, & palàm faciat viam, quâ nobis est incedendum. Num enim de
 vitiis tantum, non de doctrinâ ipsâ *Petrarcha* in aulam Pontificis
 dixerit, quod *Bellarmini*, quod *Gretseri* glossema est; vel ex uni-
 co loco patet, quo sic pergit *Petrarcha*: Ibi nulla pietas, nulla cha-
 ritas, nulla fides, nulla Dei reverentia, nullus timor, nihil sancti,
 nihil justî, nihil æqui, nihil pensi, nihil denique vel humani. Amor,
 pudor, decor, candor inde exulant: de VERITATE quidem sileo,
 nam quis unquam vero locus, ubi OMNIA MENDACIIS PLE-
 NA sunt, aer, terra, domus, turre, vici, atria, plateæ, porticus,
 vestibula, aulae, thalami, tectorum laquearia, murorum rimulae,
 diversoria adium, penetralia Templorum, iudicum subsellia,
 Pontificum sedes? ad postremum ora hominum, nutus, gestus,
 voces, frontes, animi? &c. Quod si tamen *Petrarcha* non o-
 mnem profunditatem mysterii Iniquitatis & Synagogæ Pontificiæ
 satis perspexit, non potest præjudicare illis, qui successu temporum
 altiùs penetrarunt, magis magisq; errorum Zizaniis succrescenti-
 bus. Nec obstat, quod sedem, quod Cathedram, quod officia
 laudat; ideò enim non negat, sanctorum Cathedras à successoribus
 degeneribus possideri posse. Celebrat & Christus *Cathedram*
Moyfis Matth. 23. v. 2. eo tamen non obstante, occupatores illius,
fures, latrones, lupos passim nominat. Non enim sancti sunt, qui
 sanctorum loca occupant: nec Cathedra Sacerdotem, sed Sacer-
 dos cathedram facit, ut pridem dictum est ab aliis.

Adderem è *Mantuani* scriptis laciniam; de quo *Clauid. Espens. In Com-*
Ubi sub Sole major malorum omnium licentia, clamor, impuritas, ment. Tit.
 ne dicam insania & impudentia (*quàm Romæ*) talis & tanta ut cre-
 dat nemo, nisi qui viderit, neget nemo, nisi qui non viderit. Mis-
 sam faciam omnium temporum ab Hieronymi usque seculo que-
 rimoniâ, eccujus fuit hoc distichon:

Vivere

Vivere qui sanctè cupitis, discedite Romã,
Omnia cum liceant, non licet esse pium.

Mantua. Certè quidem Theologi, & Monachi, & quidem Itali *Mantuanus*,
nus 1. *Theologus*, 2. *comprehendere*, *Petri domus marcescit luxu &c* Notissimi versus
ologus, 3. *Italus*, malè tamen habet ipsum, quod ista *Mantuanus* scripserit, & dolet,
Monach9, 4. *minimè* sapius illos quoque reformare Curiam Romanam conari, qui for-
Luthera- tẽ majus operæ precium facerent, si suos mores reformarent, Sa-
nus. tyricamq; facundiam in propriæ mentis maculas converterent:
(pag 57 f. *Gretfere*, tantas interdum malitia vires acquirit, ut lapides et-
Gretf.) iam loquantur & clament. Animatus est à Deo Daniel, juvenis
Matth. 21. vel adolescens (tuum est respondere pro calculo) ut judicium nefa-
riorum fraudes & scelera Soli exponeret.

VI.

*Absoluto jam rō ōri, quod Romã hodierna sub pedo Pontificis
sit Babylon Apocalyptica, jam rō ōri rō diōni expedienda questio.*

Hypomne- Interfuimus jam depositioni testium de Babylone Papali;
ma de Fi- plures audire jam non vacat, qui magno numero laudati sunt. So-
de, amici- lus *Simon Schar dius* J Ctus, Camerae Imperialis quondam Assessor,
tiã ac ob- ultra triginta citat, qui auctor, si non in manibus est, colligatur
servantiã carptim ex *Centenariis Wolffij*, in quas illatus; vel perlegatur *Spe-*
Pontificũ *culum Jesuiticum Joachimi Ursini*, cujus præfatio auctorem non dis-
Romano- simulat. Addantur scripta solertissimi, judiciosissimi ac meritif-
rũ erga Im- simi Theologi, *Dn. D. Johannis Gerhardi*, fratris mei in Domino
peratores amicissimi, non in loco tantum *de Ecclesiã*, sed potissimum in
Germani- *Confessione Catholicã, lib. 2. art. 3. c. 6.* per benè multas paginas. Jam
cos, cui ad- ad rō diōni transeundam esset, si ratio instituti ferret. Possent utiq;
juncta Te- causæ assignari hoc ordine, ut alia *γενικως*, ex nomine *Babylonis &*
stimonias *meretricis*, alia *ειδικως*, ex *historiã urbis & gubernationis Babylonice*,
ex variis alia denique *ειδικωτάτως* ex *Apocalypticis γλωσσημασι καὶ κερσημοις*
auctorib9 peterentur. Sed quis finis foret, si de *Confusionibus* tantum (ex no-
collecta Ro- mine *Babylonis*) dicendum? Si disputandum, quàm miserè con-
mã Baby- fundant Legem cum Evangelio, *Mosen* cum *Christo*, *Christi &*
lonẽ esse. *sancto*



sanctorum merita, sanguinem Christi cum lacte matris, satisfactio-
 nes & satisfactions Domini cum nostris opellis & assumen-
 tis, purpuram Christi cum Monachorum ciliciis, Sacramenta cum
 sacrificiis, unicam novi fœderis *ἰουδαίαν ἱλαστικὴν* cum sacrificiis Eu-
 charisticis, claves Ecclesiæ cum Iceptris, absolutionem à peccatis
 cum absolutionibus à juramentis & fide servandâ, gratiam seu fa-
 vorem Dei cum donis infusis &c. Quis Augiæ unum id stabulum *Scholasti-*
 repurgaverit satis, quod *Philosophiâ cum Theologiâ* miscuerunt, & *ca Theolo-*
 ex duobus integris unum fecerunt corruptissimum? Quinimò si *gia quam*
 de illâ saltem confusissimâ Babylone agendum, quâ *SS. Theologia* *Electores*
nostra, fideiq; totius principia (cognitionis) turbantur, pessundan- *& Princi-*
 tur, ambigua redduntur & enervantur; quàm latissimus disputan- *pes gravi-*
 di campus se offerret? Sed stadium hoc jam ab aliis decursum, è *ter impro-*
 quorum egregiis monumentis ita videntur argumentari Princi- *bant.*
 pes ac Status Protestantium in libro publico: *Quicumq; confundit*
principia Theologiae certa cum dubiis, is in ipsis dogmatibus confusissimum
chaos religionis conficiet, cœlum terra miscbit. Pontificii confundunt
principia Theologiae certa cum dubiis. Ergo. MAJOR per se est illu-
 strissima. Ex dubio enim quid nisi dubium dogma? Imò si certa
 cum dubiis in eodem valore constituuntur, ex certis etiam non ni-
 si dubia sequuntur. Non enim plus certitudinis vel auctoritatis
 aut fidei gignere possunt, quàm quantum in ipsis est. Conclusio
 imbecilliolem partem semper sequetur. Hinc tot Spiritus sancti
 exhortationes, ut non à fabulis, à nostris ratiociniis, à mortuorum *Esa. 8, 19.*
 responsis, à Patrum traditionibus, sed à Deo vivo pendeamus; *Et 29, 13.*
βαιοτερον habentes λόγον προφητικόν, καὶ γραφῶν θεοπνεύστον. Os *Matt. 15, 9.*
 Domini locutum est, ex quo oraculos Spiritus omnes probandi, ad *2. Pet. 1, 16.*
 quem Canonem omnis assertio exigenda est. Frustra Deus colit- *19, 20.*
 tur *ἐντάλαισι* humanis; nec impunè alieno igne ipsi sacra fiunt. *2. Tim. 3.*
 Lux sacri olei, non vulgaris lucernæ, illustrare tabernaculū debet. *16, 17.*
 MINOR probatur *ex ipso initio Tridentini Concilij*, cum Canones *Esa. 1, 2.*
 seu decreta conciperent, *sessione quartâ.* Sit enim *Prosyllogismus.* *Num. 10, 1.*
Qui confundit 1. Scripturas sacras cum traditionibus. 2. libros indubiè *an. 1546.*
Canonicos cum Apocryphis. 3. fontes ipsos cum vulgata Latina versio- *decr. pri-*
nis rivulis. 4. Sensum Scripturæ nativum, cum sensu Ecclesiæ seu potius *mo.*
Papa, decr. 2do.

Pape, (de cuius ipsius sensu controvertitur, sanusne sit, an alienus) is sanè principia certa & àxiómata cum dubiis ac controversis miscet ac confundit. Atqui Pontifici hoc faciunt. E.

V. Innoc. Gentrillet. p. 90. Exa. G. I. Meritò igitur urgebant Electores Principes ac Status Prote-
stantes, ut decreta hac abrogarentur, quicquid Bellarminus obgan-
niat. In conventu quodam Imperiali Augustæ habito 26. Jul. die,
eodem anno M. D. L. ipse Dux Mauricius, Saxonicus Elector, per Le-
gatos suos significaverat Cæsari (tùm Concilii progressum pro-
curanti) neque sibi sociisq; suis Concilii continuationem proba-
ri, nisi quæcunque in eo definita essent, de integro discuterentur,
& ad trutinam revocarentur, & nisi sui Theologi Augustanæ Con-
fessionis ad disputationes & suffragia admitterentur, Pontifexq;
ipse à præsidendi prærogativâ, per se aut per Legatos, abstineret:
quin imò se Concilio subjiceret, jurejurandoq;, quo Præsules se
illi obstrinxerant, solveret, ut quisq; liberiùs suam sententiam di-
cere posset.

Intelligit Petrarca 1. Creticũ. 2. Ægypti- um. 3. Le- manium. 4. Italicum. 5. Pontifi- cium. Quid enim Rhadamanti illi Tridentini? Eajam posuerant
principia, quibus suo Pontifici optimè caverant; ne quid habeat,
quod sibi metueret, ut in aliis conciliis contigit. Quatuor enim
fundamenta jecerant exædificandæ Turri Babylonica, vel Labyrin-
tho Heraclæopolitano construendo. (Franciscus Petrarca, cui hono-
rificum testimonium & Bellarminus & Gretserus perhibent, se-
dem Pontificis, quæ rùm in Gallia (unde in ep. 18. Avinionem vocat
Babylonem Gallicam,) ita perstringit, verè simul & argutè: De
quinq; Labyrinthis potes etiam mirari, cum apud cæteros scriptores,
non nisi de quatuor mentionem inveneris, omnium inextricabi-
lissimum ac pessimum, sive quia nondum erat, sive quia nondum
noscebatur &c. Quàm justè autem qui noscere cupit, huc pro-
peret: non hic carcer horrendus, non tenebrôsæ domus error, non
fatalis urna humani generis fata permiscens, denique non impe-
riosus Minos, non Minotaurus vorax, non damnatæ Veneris mo-
numenta defuerint &c. Una salutis spes in auro est, auro placatur
Rex ferus, auro immane monstrum vincitur, auro salutare lo-
rum textitur, auro durum limen ostenditur, auro vectes & saxa
franguntur, auro tristis janitor mollitur, auro cælum panditur;
quid

quid multa? **AURO CHRISTUS VENDITUR.**) Quatuor, inquam, posuerant miraculosa edificia firmamenta. Tota enim structura debebat niti *his columnis*; 1. traditionum cum scripturis exaequatione. 2. discriminis inter libros indubitato Canonicos, & dubios seu Apocryphos, sublatione. 3. vulgatae versionis authenticatione. 4. sensus Scripturae e scrinio Papalis pectoris mutatione.

(*Aurum est filium Ariadnes in hoc Labyrintho.*)

Hæc verò decreta, ante adventum illorum, quorum intererat, conclusa, summo jure suspendi postulabant nostri Principes. Nam. 1. in præjudicium illorum erant dictata, votorum pluralitate, sed non nisi à præsentibus, approbata, promulgata. Stantibus illis hypothesebus jam damnati erant Electores nostri ac Principes ante justam Causæ cognitionem qui processus sacris etiam literis, ne dicam sanæ rationi, est contrarius. Si agendum de Indulgentiis, de Purgatorio, de sacrificio pro mortuis; Si de ὑπεροχῇ ac jurisdictione Papæ, de eminentiâ super Episcopos singulos, super Concilia, super Reges; de dominio in Conscientias, de sanctorum Invocatione, de ὀχλία, ὑπεροχλία, de Mariâ virgine, conterente caput serpentis: jam ex Decretis irrevocabilibus Tridentinorum evicta causa erat, obtenta victoria, jugulata religio Protestantium. Singula enim illa & universa in Scripturis forsitan Canonicis visa fuerint fundata; si non in his, libro poterint apocrypho niti; si neque hoc firmantur, traditione stabilienda fuerint. Quod si vocem DEI obvertas, interpretationem Latinæ versionis opponerent. Si neque hic præsidium invenirent, sint omnia principia Theologiæ emortua, sensus & roboris expertia; Sensus autem, vis ac anima, à Pontifice Romano petenda, admittenda, exosculanda. Bellè, probè, pulchrè, nihil supra. Et hanc Helenam pingit nobis Bellarminus subtili, ut putat, colore. Responsurus enim ad illud nostrorum postulatum, seu conditionem liberi concilij, cuius ipsis spes facta; *Prima conditio, ait, est iniqua, quia nihil debet irritum haberi, nisi legitimo judicio damnatum.* R. I. Quod Sp. S. non iniquum, sed æquissimum judicet, & liberum facit, imò injungit, ut necessarium; illud sanè iniquitatis prætextu denegari Principibus nostris non debuit. Atqui ut omnia probentur (ne-

lib. 1. de Concil. cap. 21.



dum decreta pauculorum Italogum & Hispanorum Episcoporum, eorumque ob juramentum, quo Papæ addicti, suspectorum) non iniquum judicat Spiritus Sanctus, sed æquissimum, sed liberum, sed necessarium. E. 2. *Si non omni Spiritui credendum, sed probandi sunt Spiritus, an ex DEO sint*, utique Tridentinus etiam Spiritus, (Româ, ut dicitur erat, per mulos advectus, & aquarum coluvie semel in itinere detentus) probandus erat nostris Statibus. Atqui verum prius ex dictis. E. & posterius. 3. Si ad legem & Testimonia sunt omnia trutinanda, utique legis & testimonij adulteratio removenda, vel certè convenientia asserenda. Verum prius, E. posterius &c. 4. Inverte rationem *Bellarmini*; Imò ratum haberi nihil debet, nisi quod legitimo Concilij judicio confirmatum. Atqui decreta illa nondum erant legitimo judicio Concilij confirmata. Non expectabantur enim, qui citati erant, sed præcipitabatur sententia. Ideoq; hoc ipsum volebant nostri, ut legitimo Concilio tam illegitimæ & præcoces sententiæ rescinderentur. 5. Maximè legitimo judicio jam damnata erant decreta à Spiritu S. doctrinâ aliena, fidei certitudinem evertentia, nova, absurda. Sint argumenta, Quæcunque Theologiæ principia sunt. 1. verbo DEI contraria. 2. à Patrum sententia aliena. 3. Praxi Conciliorum adversa. 4. sanæ rationi & Logicæ adversa. 5. divinæ fidei gignendæ minus idonea; illa per se corruunt; Talia sunt illa. E. Probo membrum primum, non tam meis, quam illius verbis, qui hac de causâ è Pontificiorum castris Babylonicis ad nostram concessit Eremum. Hæc prima lis, & omnium litium inter Pontificios & Evangelicos Janua est, ait, Sitnè Sacra Scriptura ita clara & plena, ut sola rectè credendi & agendi certissima, firmissimaque regula sit? Negant Pontificij, affirmant Evangelici. Illi Traditiones, quas divinas vocant, per necessarias esse, & Scripturæ tanquam obscuræ & mancæ assui volunt &c. O clara! lux, o plena majestas salve. Per te ego tectos errorum Pontificiorum laqueos, & plurimum, trabalem illum traditionum funem vidi, rupi, fugi, & exclamavi; In Scripturâ securitas, in traditione laqueus. Nonne quasi intento in traditionum laqueos digito, Scriptura Sacra illos caveri impe-

*D. Jacob.
Reibing.
in Laqueis
contritis
pag. 8.9.*

imperat, cum tertium seriam illam DEI querelam repetit? Frustrâ me colunt, docentes doctrinas & mandata hominum. Et Paulus Apostolus, quâ exertê istam fallacium laqueorum cautelam Colossensium animis infigit? Videte, inquit, ne quis vos decipiat per Philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum. Quâ verò paulò post graphicè traditiones hodiernis Pontificijs geminas depingit? Nemo vos seducat in cibo, aut potu, aut in parte diei festis. Et iterum. Nemo vos seducat, volens in humilitate & religione Angelorum. Ac demum? Si mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi, quid adhuc, tanquam viventes in mundo, decernitis? Ne tetigeritis: ne gustaveritis, ne contrectaveritis, quæ sunt omnia in intentum ipso usu, secundum præcepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientia, in superstitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquam ad saturitatem carnis. (Ad quem Apostoli locum Simon Felix audacter respondet, non refelli hic traditiones humanas de Jejunijs & delectu ciborum, nisi fiant ex Judaicæ legis obligatione aut Manichetis errore, creaturas per se malas existimantis; Sin sponte, vel Ecclesiæ jussu ad carnis macerationem adhibeantur, laude dignas indicare Apostolum seqq. verbis: quæ sunt rationem quidem habentia sapientia (ID EST, SAPIENTER FIUNT) & ἐθελοθρησκεία (SI SPONTANEA DEVOTIONE SUSCIPIANTUR) & humilitate, (AD DEPRIMENDAM CARNIS CONTUMACIAM) & non ad parcendum corpori (NE NIMIA INDULGENTIA EFFERATUR) non in honore aliquo ad saturitatem carnis (NE CIBO DIFFERTUM INTUMESCAT, AC FRÆNA RECUSET.) Unde verò probas vel tu, prime hujus glossæ fictor Turriane, vel tu Simon illius pietor? unde probas, Apostolum hic electitios cultus commendare, contra morem suum; imò contra fidei totius ἀναλογία; Hinc scilicet, quod nec λόγος, apud Græcos, umbratilem & fucatam rei speciem, sed veram, solidamque naturam significet, nec ἐθελοθρησκεία vitium religionis, sed spontaneum cultum significet. Sed rectè utrumq; vobis hoc negat D. Jacobus Reibingius. Vatablum enim, Linguae Græcæ haud paulò Simone peritiosem, λόγον vertere speciem: Cbry-

Simon Felix, Soc. Iesu Doctor in meta morph. p. 19. ex P. Turriano.

Amnearū opera c. 8. pag. 68.

sofo.

soptomum, qui Pater Græcus, *sermonem*: *Vulgatum* interpretem, *rationem*. Quis unquam interpretum de verâ naturâ sapientiæ somniavit? pergit *Reibingius*: An nescis, esuriens Græcule, inter multiplicia hujus vocis significata, apud Lexicographos etiam illud *pro famâ, opinione, existimatione hominum recenseri*? Unde probabis vocem ab Apostolo potius pro reipsâ, quàm pro famâ & opinione incertâ sapientiæ sumi? præsertim cum tibi, tuoq; Turriano, omnes alii interpretes obsistant. Vocem *ἐθειλοθηρησκεία* non vitium religionis, sed spontaneum cultum, verum scilicet, significare, inauditum est, nullaq; auctoritate confirmari potest, &c. Locus Actor. 17. v. 22. ad rem nihil facit, alia enim vox in Græco est, *δεισιδαιμονεστέρης* scilicet. Deinde falsum est, etiam hoc loco hanc vocem pro verâ religione usurpari &c.

Argumentari præterea hunc in modum possumus: Aut omnes traditiones (*dogmatica*, de his enim quæstio est, non de testificationibus historicis, non de locorum temporumque constitutionibus, non de definitionibus Ceremoniarum, de ratione *τῆς συζημοσύνης καὶ τάξεως*, & similibus; imò nec de *ὁμοψηφία* dogmatum in Scripturâ contentorum.) Aut inquam omnes *dogmatica ὑπερδόσεσ* (præter & extra Scripturam datæ) sunt recipiendæ, aut aliquæ, aut nullæ. Si omnes, statim sequetur Babylonica dogmatum confusio, cum semper fuerint, qui traditionum nomen suis opinionibus imposuerint, atque ita sibi & Ecclesiæ imposuerint. Certum est (*ait Petrus à Soto in Defens. Cath. Conf. adv. Prolegom. Brentii cap. 56. fol. 182.*) & hæreticos quædam nomine traditionum Apostolicarum venditasse, contra quos loquitur Irenæus, & CATHOLICOS de hac re ETIAM DIVERSA SENSISSE (de nonnullis traditionibus) ET ERRASSE ETIAM QUOSDAM. Certè CYPRIANUS & APHRICANI EPISCOPI in causâ BAPTISMATIS ab hæreticis collati putârunt se traditionem sequi, cum reverâ contrarium sint secuti; Et Papias JOHANNIS auditor, qui QUAM PLURIMA sibi à majoribus tradita referebat, ex quibus REGNUM ILLUD CHRISTI MILLE ANNORUM docebat, quod occasionem dedit nonnullis errandi. *Hac ille.* Unde argumentum: Quod principium Theologiæ indu-

inducere potest, & actu ipso inducit, magnos errores in dogma-
 ribus fidei, illud & potest esse falsum, & actu ipso fallit. Atqui
 Traditiones etiam à Patribus Celeberrimis laudatæ (à Cypriano
ab-Episcopo Africa) ab ipsorum Evangelistarum auditoribus (à Pa-
 pià) commendatæ, tales sunt. E. Minor imprimis exemplo Chi-
 ristiani erroris elucescit. Creditus hic est ob tantam asseveratio-
 nem Traditorum, tum in Græcâ tum in Latinâ Ecclesiâ, à plurimis
 Patribus v. *Lactant. l. 7. Inst. c. 24. Euseb. lib. 7. hist. Ev. cap. 23. & 34.*
adde Augus. l. 20. de Civ. Dei cap. 7. Epiph. her. 77. Hieronymus de
gemmatâ illâ civitate suum prodidit iudicium duobus locis, quo-
rum priore τὸ ἐπιχρῶν placet. Quæ licet non sequamur, (ait in cap.
19. Jeremia) tamen dampare non possumus, qui MULTI ECCLÉ-
SIASTICORUM VIRO RUM ET MARTYRES ista di-
 xerunt. Unusquisq; in suo sensu abundet, & Domini cuncta ju-
 dicio reserventur. Posteriore verò sepositâ omni hominum au-
 thoritate palàm *Gregorius* illas Judaicas refellit, discessum ab
 aliis bonâ cum gratiâ faciens; suo sensu abundantibus: Quod &
 multi nostrorum (*habet in Ezech. 36.*) & præcipuè *Tertulliani* liber,
 qui inscribitur *de Spe fidelium*, & *Lactantij Institutionum* volumen
septimum pollicetur, & *Victorini Pictaviensis Episcopi* crebræ expo-
 sitiones, & nuper *Severus noster in Dialogo*, cui *Gallo* nomen impo-
 suit, & ut Græcos dominem & primum extremumq; jungam,
Ivenum & Apollinarium. Itaq; *Gregerus* falsa veris miscet; Cum
in def. 1. Controv. lib. 4. cap. 7. scribit de Traditionibus illis, quas
Irenæus pro Apostolicis venditat: *Traditiones illæ de mille post resur-*
rectionem annis, deq; grandiare illâ atate Christi, sunt humana imbe-
cillitatis & incircumspectionis errata. Verum dicis *Gregerus*, Sed quod
 pergis: *Eas enim non fuisse Apostolicas exitus probavit, ab Ecclesiâ enim*
fidelissimâ Apostolicarum traditionum custode statim ut spuria & adul-
terina explose sunt: Id verò aliquâ ex parte ridiculum est, Si enim
 exitus probavit, oportet factam jam esse resurrectionem; aliquâ
 parte maximè controversum, finè videlicet Ecclesia (quam tu in-
 telligis) fidelissima custos traditionum Apostolicarum? (quæ ipsæ
 in litem vocantur) ultimâ tandem parte à veritate alienissimum
 est, quod **STATIM** observati natales spurii & adulterini harum
 tradi-

traditionum. Multos enim Episcopos & martyres traditioni illi assurrexisse, historia Ecclesiastica luculenter docet. Grandiorem ætatem Christi, de quâ *Greiserus*, sic TRADIT *Irenæus lib. 2. cap. 39.* Omnes Seniores testantur, qui in Asiâ apud Johannem discipulum Domini convenerunt, id ipsum tradidisse eis **JOHANNEM**, quod Christus **QUINQUAGINTA** annos natus fuerit in his terris docens. Quidam autem eorum non solum **JOHANNEM** sed & **ALIOS APOSTOLOS** viderunt, & **HÆCEADÈM** ab ipsis audiverunt, & testantur de hujusmodi relatione. Est tamen iam solemnitas, tanto applausu jactata Traditio vobis ipsis improbat. Itanè igitur Traditiones sunt Theologiæ nostræ principia? pari pietatis affectu cum scriptis Oraculis exosculanda? Facere non possum, quin id *Benedicti Pererij Jesuitæ* subjiciam quod, in *Colloquio etiam Ratisbonensi* scripto exhibuerunt nostri. Verùm *Irenæus* affirmat, se, quod de Paradiso tradit, à Presbyteris Asiæ, Discipulis Apostolorum accepisse. Sed quid tum postea? An ideò quodcunque ab istis Presbyteris proditum est, tanquam certum, & indubitatum doctrinæ Christianæ dogma haberi debet? Nonnè constat istos ipsos Presbyteros, eodem referente *Irenæo*, quædam & falsa & divinis literis contraria docuisse? Certè *Irenæus lib. 1. adversus Hæreses cap. 36.* persuadere studet, Christum Dominum annos propè 50. in terris vixisse, idq; probat ipse vel eo potissimum argumento: Quod Presbyteri Asiæ, Apostolorum discipuli, id sibi ab Apostolis traditum alios docuerunt. Quam tamen opinionem & vero procul abesse, & adversari non solum Historiæ Ecclesiasticæ, sed etiam Evangelicæ, etiam leviter sacris literis eruditi facile possunt intelligere. *Hactenus Pererius Jesuita.* Quid? quod *Ariani* hæresin suam in traditione suadaverint, asserentes, se predicare doctrinam, quam à majoribus accepissent, & ab ipso et *Alexandro* publicè docente audissent, teste *Spondano ad an. 318. p. 273.* Vide *Baronium ipsum ad an. 318. n. 56. & Greiserum defens. 1. controversiæ lib. 4. c. 11. Ariani?* imò & *Marcion, Valentinus, Cerinthus* aliq; hæretici: vide *Tann. Dioptr. lib. 2. quæst. 4. cap. 20. & Apoc. com. Gnostici, v. Greg. de Valere. in Anal. lib. 5. c. 2. & Quarta decimanis 5. sect. 5. v. Greis. Defens. 1. contro. lib. 4. cap. 8.*

pag. 214.
Pererius
in Comm.
in Genes.
lib. 3.

Similia ha
bet *Vreas*
in cap. 11.
Apoc. com.
5. sect. 5.
num. 9.

Quod

Quod si ergo non omnes omnino Traditiones amplectendæ
 vel pari cum Scripturis affectu venerandæ sunt, ut coguntur om-
 ninò concedere; aliquæ fortassis erunt. Ita censent. At insto:
 Illæ vel controversos articulos tangunt, vel minimè. Si hoc, igno-
 ratio Elenchi ab ipsis committitur, nulla enim de his quæstio.
 Fatemur prolixè, ab Apostolis eadem dogmata vivâ voce tradi-
 ta fuisse, quæ observare utiq; debebant auditores 1. Cor. 11. 23.
 Act. 20. 25. 26. 27. 31. Non enim per alios dispositionem salu-
 tis nostræ cognovimus, quàm per eos, per quos Evangelium per-
 venit ad nos, quod quidem tunc præconiaverunt, postea verò per
 DEI voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt, fundamentum
 & columnam fidei nostræ futurum, ait Irenæus lib. 3. cap. 1. (Nec
 quicquam valent contradictum hoc Jesuitarum exceptiunculæ
 1. non dici omnia scripta esse. 2. etiamsi hoc diceretur, tamen il-
 la duntaxat intelligi, quæ omnibus & singulis fidelibus scitu ne-
 cessaria sunt, & populis quoque in primis prædicare solebant Apo-
 stoli, qualia sunt decem præcepta, & **ARTICULI FIDEI IN
 SYMBOLO CONTENTI, ET QUORUNDAM SACRAMEN-
 TORUM** ratio: cum tamen interim alia plurima ad Ecclesiæ gu-
 bernationem, & Sacramentorum administrationem sint necessaria,
 quæ tamen Apostoli fidelibus communiter non prædicabant. Sic
 enim elidi possunt. Si tot articuli scripti sunt, quot ad salutem
 necessarii, tunc Scriptura est perfecta & sufficiens norma dogma-
 tum. Verum prius ex Irenæo, imò ex Evangelistâ: *Hæc 1. scri-
 pta sunt 2. ut credatis, quia Jesus est filius DEI; & 3. ut credentes vi-
 tam habeatis in nomine ejus.* A quo principio cognitionis 1. fidei to-
 tius summa, tanquàm assequendi finis medium, & 2. finis ipse depen-
 det, illud est sufficiens, perfectum & adequatum. A Scripturâ.
 Ergo. Ne res exemplo careat, *Sacrosanctum Trinitatis mysterium*
 docuerunt vivâ voce Apostoli; & referunt inter traditiones
 αγγελικῶς multi Pontificij. V. Greg. de Valent. tom. 3. col. 315. Hunt-
 leum contr. 1. tom. 1. cap. 29. Gretserum tom. 1. Defens. p. 1585. ad
 & Cassandrum de 1. art. A. C. At verò hæc traditio nobis non adver-
 sa sed rata & grata est; cum in Scripturas eadem relata sit, ex quâ
 multi Pontificij illam probant. V. Bellarm. lib. 3. de Christo cap. 3.

pag. 246.
 Colloqu.
 Ratisp. e-
 dit. Lav.

Job. 20. 31

Sess. 14. p.
427. edit.
Laving.

adeò ut cum Tannerus in Colloquio Ratisbonensi ausus fuerit Arii partes agere, ac dictum Rom. 9. eludere his verbis: *Arius facilimè responderet, illud Qui est Deus benedictus super omnia, refertur ad Deum Patrem, non ad filium. Et quid responderetur illi, seposita auctoritate Ecclesie?* retractus fuerit à suis, egregieque ab Hunnio nostro jugulatus, hoc responso concludente: *Non congrueret Grammatica, quod Bellarminus & alij vestri solide demonstrant &c.* Nec facilimè responderi posse ad dictum illud Rom. 9. commemorabili specimine *Adm. Rev. S. Excellentiſſ. Dn. D. Feurbornius*, frater & amicus meus observandus, docuit, cum *Photinianus*, qui & nostram Academiam invisebat, unico hoc dicto ita confusus ab ipso fuerit (*Dresde*) ut peteret, aliud proferri dictum: quod rectè ipsi denegatum, usque dum ad hoc respondisset, quod facere planè non potuerat.

Seldow
S. p. 547.

Quod si ergo controversos articulos Traditionibus probare volunt, non modo principium manifestè petunt, sed si accuatoris judicij limam adhibeas, Pontificis auctoritatem traditionibus substernunt, atque adeò ut incertum per æque incertum, sic idem per idem probant. Incertus & dubius *ignis purgatorius*; quem ex Traditionibus non scriptis elicere satagunt *Petrus à Soto* in assert. Cath. p. 83. *Tannerus* in *Compend. relat. Colloq. Ratisb.* part. 2. cap. 6. 37. *Lamparterus*. Das ungeschriebene (Wort) bleibet unverfälscht / und hat jederzeit alleinig die Reher aus dem Felde gesagt / und wider sie Triumphiret. Also thut es in diesem Articul vom Segfeuer auch: wiewol mit guten argumenten oder Proben erwiesen wird / wie das ungeschriebene Wort *S. Dues* / mit dem geschriebenen sich in diesem stück so schön vergleiche. (NB. unicè igitur Arius, Nestorius, Sabellius, Macedo, &c. è verbo NON scripto profligati! ô miseram Jesuitarum fidem! Erratis ô cæci cæcorum duces, nescientes **SCRIPTURAS** neque virtutem Dei: Quo telo Christus Satanam, Phariseos, Scribas, Saduczos, prostravit? quo gladio Paulus, Hymeneum & Philetum confodit? Arius sanè è scripturis judicandus fuit, *Constantino M. Imp.* Patres Concilii Niceni rectissimè commonefaciente, *Hist. Trip. lib. 2. cap. 5. Theod. lib. 1. cap. 7.* quod cum negare non possint Jesuitæ, hoc rege-

runt,

Matt. 22.
v. 29.

runt, solum inde colligi, secundum scripturas controversias fidei deci- Verba Jo-
 dendas: atque adeo scripturam principalem quandam regulam esse con- fustica re-
 troverfarum, sed non solam & unicam. Quo responso *Lamparterum* spon. p. 256.
 egregie refellitur.) Atqui Traditiones illae sunt dubiae. A quo e- Coll. Ra.
 nim profectae! anne primitivae Ecclesiae Patribus cognitae? an *sib. edit.*
Augustino? an *Hieronymo?* an *Gregorio M.?* Cur igitur dubitarunt *Loving,*
 multi? cur tam variae Opiniones, an purgentur animae in agone?
 an in extremo iudicio! cur ex mortuorum sciscitationibus incen-
 derunt hunc focum, si *Traditio* luculenta! cujus vel ore vel manu
Gregorius illa propagata? à quo Apostolo accepta? cur *Græco-*
rum Ecclesiis abscondita? Cur fateatur *Roffensis* contra assert. *Lu-*
theri art. 18. Purgatorium aliquandiu incognitum, & serò cogni-
 tum ac receptum fuisse in Ecclesia. Ubi hæsit illa *Traditio?* Apud
Paracletum, opinor, ex quo *Tertullianus*, *Montanus*, se hausisse
 memorat cap. 55. & ult. de anima. Vide *Orig. in Lev. l. 8. apud Cy-*
xillum, *August. in Enchir. cap. 67. & 69. lib. 21. de Civ. Dei c. 26.* For-
 tan verum est, & lib. 20. cap. 25. in illo iudicio (de extremo loquitur
Augustinus) quasdam quorundam purgatorias poenas futuras:
 quemadmodum & diem illum 1. Cor. 3. de die ultimi iudicii exponunt
Theodoretus, *Theophylactus*, *Anselmus*: ne de aliis diversissimis il-
 lius textus explicationibus, quas Patres afferunt, quicquam ad-
 dam. Si *Traditio* fuit illis, quorsum tanta hæsitatio? Quid est
 præterea, quod purgatoriis illis flammis justos etiam lustratum iri
 putaverint? *Omnes nos fornax probabit.* Ergo quia examinandi su- *Ambrosii*
mus, sic nos agamus, ut iudicio probari mereamur divino. *Teneamus* *Psal. 118.*
hæc positi humilitatem, ut cum unusquisque nostrum venerit ad iudicium *octon. 20.*
Dei, ad illos ignes, quos transaturi sumus, dicat: Vide humilitatem me- *Tom. 2. p.*
am, & erit me. Et paulò superius: *Omnes oportet transire per flam-* *379. edit.*
mas, sive ille Joannes Evangelista sit &c. sive ille sit Petrus &c. Igitur, *Rom.*
 ut eliciamus, quam in cordis intimo sinu fovent, idè Traditionibus *ead. pag.*
 sententiam; sic preamimus illos: Cujus principii origo dubia, &
 hæretico transcripta est; cujus item summa ipsa seu argumen-
 tum multis modis vacillat; id non potest assensum firmum elice-
 re. Traditionis de piacularibus illis flammis origo ita se habet:
 E. Hic tandem ad Pontificem Romanum recurrunt, & illi *Traditio-*

num delectū in hac militiā committunt. Quod enim in genere ha-
bet Bellarm. lib. 2. de sacr. cap. 2 §. *Omniū dogmatum firmitatem
ab auctoritate presentis Ecclesie pendere; id alii expressius de Tradi-
tionibus; ex solius Ecclesie Romanae iudicio certum argumentum ad
probandas Apostolicas traditiones peti posse.* Lindanus lib. 5. Panopl.
cap. 7. quod & Greg. de Valentia l. 8. Analys. c. 6. tradit, non nisi
Ecclesie esse, (Romanam intelligit) *determinare, quanam Traditio sit
Apostolica.* At si de hac ipsa Potestate Pontificis anquiratur? un-
de constabit? ex Traditione, an Scripturā? Ex neutra; quia
& illius & huius verum sensum ipse suo ascribit pectoris scrinio.
Miser Labyrinthus, dubia & anxia semper fides; Pharisaica verē
persuasio.

2. Petr. 1.
Clem. Ale-
xandrin.
l. 6. Strom.
pag. 314.
pag. 252.
Collo. Ra-
tisb. edit.
Laving.

Ignat. ep.
4. ad Phil.
Justin. in
99. Resp.
ad orth.
115. p. 362.

Manet ergo, nullas Traditiones dogmaticas nobis obtrudi
posse vel debere. Habemus *βεβαιότερον λόγον*; dicente Petro.
Cui & illud in ore fuit: *ἔδεν ἄτερ γαστρῆς λέγουμαι.* Cui frustra
obtendunt Jesuitæ id decretum, de abstinendo à sanguine & suffo-
cato Actor. 1 §. *Extra oleam hoc est vagari.* De dogmatibus seu
fidei articulis quæstio instituta est, non de temporariis quibusdam
observationibus, ex libertate Christianā in commodum infirmo-
rum exercendis. Quod si enim *Traditio dogmatica* est, cur à vo-
bis negligitur? Cur à *suffocatis* aviculis non abstinetis? cur ve-
scimini carnibus ferinis vel piscibus, jusculo de *Sanguine* præpara-
tis? sicut alias etiam Traditiones veterum non paucas negligitis,
e. g. *Sabbatho non jejunandum, qui autem jejunaverit, Christi esse in-
terfectorem; Die Dominicā genua non flectenda*, quam consuetudi-
nem ab ipsis Apostolorum temporibus initium accepisse scribit,
unde Tertullianus de coron. milit. cap. 3. *Die Dominico jejunium
nefas ducimus, vel de geniculis adorare.* Et Epiphanius in fine libro-
rum de hæresibus hunc ponit *Traditionum indiculum*; ut feriā
*quartā statum sit jejunium, cum illā die assumtus sit Dominus; ut per
totos quinquaginta dies Pentecostes nec genua flectantur, nec jejunetur;*
*ut Dominicis diebus nec pietatis ἀσκῆσις in ipsā quoque quadragesimā
jejunent; ut per sex dies Paschatis omnes populi in siccorum esu perseve-
rent, pane inquam & sale & aquā.*

Quod

Quod apocryphos & dubios libros cum divinissimis eodem
 habent precio, in hoc profecto neque sibi metipsis satisfaciunt, &
 suspectam religionem suam reddunt, imò quantum in ipsis, fidem
 Christianam exhibendam Judæis, Politicis Epicureis & alijs pro-
 pinant. Si enim non major fides habenda divinissimo Psalterio,
 Christi mei ore toties usurpato, quàm libro secundo Maccabeorum,
 (de hoc enim ob Babylonem) qui Compendium est quinq; librorum
 Jasonis Cyrenæi c. 2. v. 24. cujus tamen atrocitatem non vult sulci-
 pere, sed an rectè scripserit, ipsi defendendum remittit v. 31. pe-
 rijt jam, hoc quidem iudicio, auctoritas & certitudo totius fidei
 tum Israëlitiæ tum Christianæ. Qui Spiritus veritatis petit,
 qui de operis difficultate conqueritur, qui contradicit illi libro,
 quem Pontificij habent pro Canonico, is sanè non est Sanctissi-
 mus ille DEI Spiritus, quo inspirati sunt Sancti DEI homines. Id
 verò facit Spiritus ille humanus, è cuius dictatu profectus posterior
 Maccabeorum, cap. 15. v. 39. c. 2. v. 27. seq. c. 1. v. 16. c. 9. v. 28.
 & 9. (quod cum 1. Macc. 6. v. 8. & 16. conferendum) c. 1. v. 10.
 10. (quod cum 1. Macc. 9. vers. 3.) c. 10. v. 1. (cum 1. Macc. 4. vers. 36.)
 cap. 10. vers. 11. (cum 1. Macc. 6. 17.) Ergo non
 est Spiritus Sanctus. Fatetur Serarius, quod veterum & recen-
 tiorum quidam hos libros Apocryphos & non Canonicos dixerint,
 Origenes apud Euseb. l. 6. cap. 25. Divus Hieronymus, Prologo
 galeato. Divus Gregorius lib. 19. Moral. cap. 13. Ruffinus ex-
 positione Symboli. Radulphus lib. 14. in Levit. Richardus Vi-
 ctorinus lib. 2. cap. 9. Hugo Victorinus prologo de Sacramentis
 cap. 7. lib. 4. didascalico cap. 8. Hugo Cardinalis prologo in
 Josue. Lyranus in Esdræ primum, & primum horum lib. Occam
 tertiâ parte Dialogo, tract. 1. lib. 3. cap. 16. Abulensis lib. 2.
 Regum cap. 23. q. 5. & lib. 3. c. 16. q. 10. Carthusianus &c. Fa-
 tetur hoc, inquam Serarius, nec habet quod respondeat, nisi hoc:
 veterum quosdam eos non Canonicos pronunciaisse duplici de
 causâ, vel quia id definitum nondum erat, vel quia in secundo
 Canonicorum ordine hujusmodi libri sint, cum in priore sint ij, de
 quibus nunquam dubitatum &c. recentiores verò, dum res con-
 troverta non esset, simpliciter **Quod APUD HIERONYMUM
 LEGE**

In prolo-
 quis in
 Macha-
 baos p.
 369.

LEGERANT, retulisse. (ubi addit, quod SUSANNAM, TOBIAMQ; non prober; De Susanna igitur ob Babylonis historiam hic agendi campus esset) Sed mi Serari, quare definitum non fuerit, quare nec in secundo divinitatis gradu, quem fingit, subsistere possint, causas ex allegatis disce. Unam quæ Babylonem respicit, tangamus. Antiochus Babylone scribitur extinctus, cum ægritudinem contraxisset ex infausto nuncio fusi exercitus, cumq; filium Philippo tradidisset, quem regno præfecit, 1. Maccab. 6. v. 8. & 16. Si Babylon scelus hoc vidit extinctum, falsum est, quod habetur 2. Maccab. 1. v. 6. infans Nannæa obtruncatum & membratim concisum, & 2. Maccab. 9. v. 28. in peregrinâ terrâ in montibus misero obitu vitam cum morte commutasse v. 9. dolore viscerum, vermibus scaturientibus è maledicto corpore, foetore intolerabili, omnes penè exanimante. Commentum, de duobus diversis Antiochis (ut in historia Susannæ duos nobis Danieleles fingunt, quod rectè Sixtus Senensis lib. 8. Bibliothec. hæres. 6. & Pererius Comm. in Danieli castigant ipsi. Daniel igitur puer primo anno regni Cyri qui cum translatus sit in Babylonem in Joakimi regis traductione Dan. 1. v. 6. à quo tempore usque ad Cyri imperium 70. anni elapsi, imò cum Ezech. 14. v. 14. 16. in quinto captivitatis Babylonicæ anno in Collegium sanctitatis cum Jobo & Noâ relatus fuerit, puer vel adolescens fuerit? iudicii acta resciderit? Jurisdictionem in Criminalibus exercuerit in Babylone? vel exercitam ab aliis irritare ac rescindere potuerit?) Commentum igitur de diversis Antiochis tam propudiosè absolum est, ut ipse Bellarminus nullo perizomata tollere possit. Aliqui volunt esse Antiochum magnum, ait, ut Lyranus in hunc locum & quidam alii. At hoc esse non potest. Nam Antiochus magnus obiit, antequàm Judas qui hanc Epistolam scripsit, Dux Judæorum esset, nec fuit ullum bellum Judæis cum Antiocho magno. Alii volunt esse Antiochum Demetrii filium, qui etiam Triphon seu Griphus dicitur ab Eusebio. Sed nec hoc potest esse verum. Nam tempore istius Antiochi non Judas, sed Johannes Hircanus Dux Judæorum erat, & tamen Judas Epistolam scribit. Dicendum igitur est, hunc Antiochum esse Antiochum Epiphanem, illum ipsum, de quo agitur lib. 1. c. 6. & lib. 2. cap.

Bellarmin.
l. 1. de verbo Dei c. 9.
& Gretserus in def.
V. Sera. ex Melchioro Cano & c. Bell. l. 1. de verbo Dei cap. 15.

cap. 9. Quamvis Bellarminus invenit nodi hujus Gordii solutionem? Hanc. Antiochus amisit exercitum in templo Naneæ, in itinere cecidit de curru, post delatus *Babylonem* expiravit. Dicitur ergo cecidisse, quia exercitus ejus cæsus est, & ipse turpi fugâ dilapsus, fortè etiam vulneratus est. Sed & hæc folia ficulnea propudium non tegunt. Qui obtuncatus, qui membratim divisus est, non fugit. Antiochus ille sic habuit, sic exceptus est, 2. Maccab. 1. v. 16. Ergo non fugit, non attigit *Babylonem* vivus, non disposuit, non perfecit, quæ 1. Maccab. 6. disposita perfectaq; esse leguntur. Gravissima plura rationum momenta, ob quæ liber ille Maccabæorum (ne jam de aliis agamus) ad Canonice auctoritatis fastigium non assurgat, suis locis operosè à nostris expendantur. Nos de *Babylone* tantum solliciti esse volumus. Cautionatâ sanè conscientia rem hanc agere adversarios, non obscurum est. Quærit *Serarius*, Ubinam mortuus hic *Antiochus Epiphanes*? & hoc tremulo ac titubante responso, (sibi an aliis?) satisfacere velle **VIDETUR**; *Porphyrus* apud D. Hieron. in Dan. 11. nominat *Tabes* oppidum *Perfidis*, Auctor libri secundi cap. 9. alienam terram in montibus. Unde loco citato colligit *Pererius*, in *Media* montibus, qui *Ecbatanis* viciniore sunt, scelestam animam exhalasse. Et omninò **VIDETUR** ibi esse mortuus, ratione scilicet mortis, his in locis **INCHOTÆ**, cum gravissimè hic affici & torqueri cæperit. Sed in *Babyloniam* usque pervenisse **VIDETUR**, ibiq; tandem mortuus est. Pro *Babylonia* dicit *Græcus* cap. 6. v. 4. *Babylonem*. Hæc *Serarius*. Miratur *Tannerus* in *Scholasticâ Theologiâ*, ipso *Tridentino Concilio* pensum non habito rejici quædam ab auctoritate Canonica, à *Sixto Senensi* lib. 1. & 8. *Bibliothecæ* (posteriora videlicet *Capita Esther*) favente etiam nonnihil *Stapletano* in *Relect. contro.* 5. q. 3. a. 3. Sed nos potius miremur, non pudere *Jesuitas* tantæ servitutis, ut *Concilii Tridentini* præcipitem admodum sententiam, *Sess. 4.* in tam exiguo doctiorum numero latam, de quâ vix aliquot mensium accuratissima disputatio suffecisset, mordicis defendere, acquisitis hinc inde coloribus incrustare, ac *Ecclesiæ* fucum facere, con-

pag. 443.

Tom. 4.
disp. 1. 95.
dub. 1.
S. 40.

tra Sancti Spiritus instinctum non desinant. In theatro totius Ecclesie dixerim; Quicumque posteriorem Maccabæorum (de hoc enim ob *Babylonem* hac vice ago) ejusdem auctoritatis fecerit cum Mose, Prophetis & Psalmis, is vel religionis Christiane illusor est, vel conscientie sue prodigus, & cæcæ obedientie mancipium.

in Comm. pag. 598. De Epistola Petri posteriore licuit aliquando utcumque dubitare, *Lorino* Jesuita dicente, sicut referunt esse dubitatum *Eusebius*, *Nicephorus*, *Hieronymus*, NUNC absq; hæresis notã MINIME licet.

Legant. Can. 59. Conc. Lao dicenti, cuius meminit Gratianus dist. 16. Si de Maccabæis idem sentire cogitur, ut cogitur, misera sanè servitus, & mira Dei in istos homines, tam in circumspecti voti Professores, severitas. Et potest *Bellarminus* sibi persuadere, tam servile capistrum nostros etiam Electores, Principes ac Ordines, subire ac frena Romanensium mandere debuisse? Et nondum satis causæ fuerit Protestandi? Imò & *turbida versionis vulgata*, cum illimi Hebræorum puritate toleranda confusio? & illud adorandum, quod Interpres habet Gen. 3. v. 15. I P S A conteret caput serpentis; quod verò Hebræus, Chaldaeus, Græcus, I P S E, id suppressendum? corrigendum? De pluribus textibus hinc non ago.

Tandem & illud admittendum fuerit, *uniuscuiq; diæli ἐξήκων* Romanã emendicandam? ab eo, quem lite jam pridem contestata reum *ὑποστασίας* agimus? nec liceat nobis id, quod *Berrboensibus* licitum fuit, imò necessarium? Actor. 17. v. 11. Cogimur hinc abrumperet.

Concludo tandem contra *Bellarminum*, æquissimam fuisse Conditionem liberi Concilii, quam urgebant Principes & Ordines nostri, Tridentinæ Synodæ tergum aliàs obversuri. Quæ enim Theologiæ Principia tum verbo Dei, tum Patrum usurpata libertati adversa: quæ præterea à praxi Conciliorum legitimorum & ipsa sanã ratione aliena sunt: illa æquissimo iudicio & summo jure poterant Germani nostri, aliæq; Ecclesie repudiare. At confusissima ista Principia, Traditionum Cum Scripturis, Apocryphorum Cum Canonicis, humanae versionis Cum originalibus Spir. sancti linguis, sensus exteri cum nativo ac oraculis insito sensu vel lumine, coæquatio, tum Scripturæ tum Patribus adversantur, ex textibus per hanc Disputationem allegatis; eademq; à Conciliorum

liorum Praxi exorbitant. *Constantinus* enim *Magnus*, Imp. Romanus, ad Patres Concilii Niceni: *Evangelici*, inquit, *libri sunt* & *Apostolici*, *antiquorumq;* *Prophetarum sanctiones*, qua nos erudiunt, quid de sacrâ lege sapiamus: (vel quid de divino numine sentiendum sit) Expellentes igitur hostile certamen, ex verbis divinitus inspiratis, solutionem questionum mente percipiamus &c. Cadunt & sanæ rationis iudicio; quæ dubia per dubia probari, aut circulum committi, non sinit. Ergo confusissima & *Babylonica* hæc principia iustè fuerunt suspensa, imò explora & detrectata, ὅτι ἐπὶ τοῦ ἐδερ τοῦ θεοῦ.

Trip. lib. 2. c. 5. Theodor. 1. 1. c. 7.

Ε Π Ι Σ Τ Α Γ Μ Α Τ Α

An Confundat Hunnius duò diversa de Babylone vaticinia Apoc. 14 & Apoc. 17. quorum prius agit de Româ jam existâ, pòsterius de exurendâ? Ita Tribon. Cassius. Sed absolvit Hunnium à calumniâ *Cornelius à Lapide*, confutans *Riberam*, qui cap. 17. & 18. Apoc. de excidio Romæ recto ordine ponenda fuisse antèrius, nimir. cap. 9. v. 13. in tubâ sexti angeli.

An Roma evertenda ante Antichristum? Ita *Ribera* & *Viegas*: A decem enim regibus delenda. Ergo ante Antichristum, qui tres reges ex hoc numero debellaturus, reliquos deditioe accepturus. Hanc sententiam secutus etiam est *Cornelius à Lapide* in 2. Thess. 2. pag. 281. v. 9. sed retractavit illam in cap. 17. Apoc. his verbis: Verum re exactiùs consideratâ, perspectaq; totâ acoluthiâ Apocalypseos ac Danielis, contrarium mihi nunc videtur probabilius, scilicet Romam & Romanum Imperium evertenda esse non ante Antichristum, sed ab Antichristo, per decem reges ei jam subjectos.

An decem reges, qui plangent Romam eversam, sint iidem, qui evertèrunt? Iidem ex sententiâ *Ribera*, non iidem ex mente *Viega*, qui *Riberam* refutat, cui potius astipulari vult *Cornelius à Lapide*.

Quâ Babylone Antichristus nasciturus vel sessurus! Pleriq; Pontificiorum *Babylonem* ipsi patriam faciunt (Glossa super 2. Thess. 2. Antoninus &c.) sed quam? *Chaldea* an *Aegypti*? quidam illam, sed mavult hanc *Nicolai de Gornan* in 2. Thess. 2. quod *Babylon Chaldae* destru-

destrueta sit & deserta, sed *Babylon Aegypti* valde populata. *Robertus de Licio*, mystice acceptam *Babylonem* admittit, prout *Confusionem* significat. Sessurum *Romae* verisimile putant *Anglo-Remenses*, quandoquidem *Nero* & alii Imperatores, qui Antichristi figuram portarint, *Romae* praecipue sederint. Idem ex *Bernb. ep. 125. ad Magistrum Gaufridum*: Bestia illa de *Apocalypsi*, cui datum est loquens blasphemias, & bellum genere cum sanctis, *Petri Cathedram* occupat, tanquam *Leo* paratus ad praedam. Quod etsi de *Petro Leonis filio Pseudo-Papa* dictum, facile tamen patet, quid *Bernhardus* de sede Antichristi statuerit.

In cap. 13.

Apoc.
lib. 5. de
de Cathol.
cap. 6.

An bestia marina Apoc. 13. Romanum imperium denotet? Negant plerique Papistae: Ait tamen *Alcazar*, & ex collatione cum quatuor bestiis *Danielis cap. 7.* probat. Et meminit *Suarez*, non deesse *Catholicos scriptores*, qui in cap. 13. Apoc. bestiam illam interpretentur *Romanum esse imperium*, quae certe non improbabilis sententia.

Tō Qwō dōzē.


05 A 2228

ULB Halle
003 783 995

3







B.I.G.

Black, 3/Color, White, Magenta, Red, Yellow, Green, Cyan, Blue

Farbkarte #13

...rei & adamantini Tractatus,
quo
LECTORES, PRIN-
status Protestantium, causas
 ...t declinati Concilij Tridentini,
 Pius IV. instaurabat, à strophis quibus-
 dam Bellarmini, Surij, Foreri,
Vindiciarum brevium
 Antecessus,
de quo
 D. O. M. A.
 PRÆSIDE
RO ROBERO D. Prof.
 Pastore ac Superint. Witeberg.
 centiâ gradum Doctoris in SS.
 Theologiâ assumendi,
Respondet
ANNES SCHARFIUS,
 Electorali Wittebergensi Logices & Metaphysices
 Professor Publicus:
 ...o Theologorum d. 29. & 30. Jul. anni hujus 1635.
 horis antemeridianis,
 ...
 WITTEBERGÆ,
 RISTOPHORI VVUSTHI, Bibliopol.
 GHANNIS RÖHNERI, Anno 1635.

